# DE ADMIRABILI NOVOQ. MYSTERIO B. MARIÆ VICI A', MONTEREGALI,

## DIALOGVS;

PHILIPPO MARIA ROFREDO Consiliario, Senatore, & Serenis. Sabaudiæ Ducis generali fisci patrono auctore,

*Interlocutores, Philippus Maria pater, Jo. Franciscus, & Alexander filij.*

1 IO. *Fran.* Magnum, ac nouum hæreditatis mysterium, declaratur hodie, Alexander mi dulcissime frater; mirandaq; multa è Montisregalis partibus, in hanc ciuitatem perferri, vndequaque audio, tu quid sentis? *Alex.* Quæ vox est ista mi frater? quid ais; quid exclamas; quid tantifacis; quidvè noui hoc
2 tempore affers? *Jo. Franc.* Noua profectò, eaque ma-

xima sunt & admirationis plena, quæ mihi è gymnasijs Reuerend. Patrum IESV redeunti, quos præceptores nobis delegit pater, dum tu me relicto domum præibas à multis recitata, & explicata fuerunt; quæ nec plenè collegi, nec vix delibare certè potui. *Alex.* Quid hoc est quod tantopere tollis, & me, ac nostros in admirationem tantam trahis? loquere altius, explica libenter, & nobis tantarum rerum euentus, ac mira quæ gestiendo refers, vberiori sermone complectere. *Io. Fran.* Res est tanta, vt quemadmo-
3 dum multorum linguis conijcere potui, interprete alio quam meipso egeret; egredere tu ipse è domo, percurre vias, Vicos perlustra, arrige aures, & quid hoc sit quoque videbis. *Alex.* Et tamen quid hoc, quod tandiu aperire differs? Dic iam festinè, ne me ancipitem, & ita discendi auidum longius remoreris; An vides matrem, cæterosque fratres, summa cum cupiditate, & alacritate mirantes, rem tantam expectare? loquere si libet clarius, & noli mihi plus quam par sit esse molestus. *Io. Fran.* Res ipsa mi frater, poterit tibi facillimè indicari, sed explicari plenè nequaquam, nisi Angelo, aut diuino spiritu afflato oratore, vt indies maiora quæ speramus apertè monstrabunt. Quid putas? plenum iam tanto rumore, tantaque nouitate forum, plenæ viæ, pleni omnes huius ciuitatis aditus: ita iam est euagata tantæ rei fama. Quæ enim res vnquam, Alexander mi frater non modo in patria ista, sed in toto etiam terrarum orbe est exaudita maior? quæ omni parte admirabilior? quę comendatior hominum memoriæ sempiternæ? *Alex.* Quæ sunt ista tanta? Dic ergo quæ audiuisti, vt fesso studiorum patri, noua hęc, & tanta quæ prædicas, noua etiam cupienti
4 hodie tradamus. *Io. Fran.* Attende igitur, & audi sermones, quos à multis hic, & illic in varijs hominum coronis, per angulos, per vicos simul conferri, & non leui cum admiratione enarrari audiui. *Alex.* Dic rogo: *Io. Fran.* Nescio autem

mi Alexander vnde in tanta re initium ſumam, quomodo res tantas, quas audiui commemorem; cum non tantum admirationem maximam afferant, & adoleſcentię, in qua
5 ego ſum, decimumquintum nunc egreſſus annum, vires excedere noſcantur, ſed humanum etiam captum, & cu-
6 iuſlibet eruditi viri aciem ſuperare, fatendum omnino ſit: Hoc vnum ſcio, in eo conuenire omnes, verſus Montisre-
7 galis Ciuitatem, propè Vici oppidum, quoddam extare Pilarium, in eoque pictam B. Mariæ Virginis effigiem, vnde varia ſingulis diebus, horis, atque momentis miracula, & gratiæ prodire traduntur. *Alex.* Quid miracula dicis, mi frater? Dic rogo latius, & clarius, vt ego natu minor, rei tantæ myſterium quoquomodo delibare valeam; quid dicas audio, quid hoc ſit non intelligo, niſi aliter aperiantur mihi, & cordis, & intellectus ocelli. *Io. Fran.* Vera dicis mi
8 Alex. nam & hæc nec tua, nec mea (mihi crede) farina videtur; ſi quid altius perſcrutari licet, cum nobis euagandum minimè ſit; adeamus rogo dulciſſimum patrem, non mediocriter in bonarum literarum ſtudijs verſatum, vt tantæ rei myſteria, ingenij noſtri vires longè excedentia paulatim aperiat, occurramus ergo illi, & ſi curis minimè vacuo, forenſibuſque negotijs valde defatigato, ab Arcis platea, vbi ſpatiari, animi leuandi cauſa plerunque ſolet, domum redeunti, ecce aduenit, peropportunè nobis obuiam factus, pendentes animos noſtros fortè leuabit; ne moremur quæſo? eamus, lęto animo pergamus ad eum?
9 ſed adeſt. *Philippus Maria Pater*: Filij chariſſimi, Quid noui fert Africa? Quid agitis? Quis vos tantus ſtupor oppreſſit, & fortè terrorem incuſſit? Qui ſermones heu ſunt iſti, quos adinuicem, tanta cum admiratione confertis? Quæ cogitationes, corda veſtra iam aſcenderunt? An for-
10 tè etiam multa noua, & dictu maiora, quæ nunc in Acropolis platea vagando, in varijs hominum circulis audiui,

vos quoque audiuistis? An quid aliud vos hodie tenet?
11 Dicite liberè, & alacriter; promite animo, tantæ admira-
tionis arcana, vt quæ iam probabili coniectura cerno, pa-
terno amorè, si potero, vobis explanare queã *Alex.* Tu dixisti
pater, talia namque sunt, quæ Io. Franciscus frater modò
dicebat, qualia tu nunc percurrendo recenses; sed quæ hęc
sint, anhelantes adhuc, vberiori cum sermone intelligere
cupimus, quia nec frater benè intellexisse, nec explicare
commodè potuisse videtur; Dic ergo, te rogamus pater
amantissime, quæ nam hæc, qualia quæque sint. Nos enim
12 cum Ieremia Prophe. c. 1. rectè dicere possumus. A a a, Do-
mine Deus, ecce nescimus in hoc loqui, quia pueri nos verè
sumus; loquatur ergo Dominus, & cum Ieremia, os nostrũ
patrisque tangat. *Pater*: Consistebam primùm in re ista fi-
13 lij, quia tamen Tobia monente c. 12. sacramenta Regis
14 abscondere bonum, opera autem Dei reuelare, & confi-
15 teri honorificum est; Rursus Isaiæ Prophetæ voce im-
pulsus cap. 12. Cantate Domino, quoniam magnificè fe-
cit, annũciate hoc in vniuersa terra. Dicam liberè, quamuis
hoc admirari, & prædicare satis pro dignitate nõ possim, &
ea quæ libaui, magna cum voluntate, studioque persol-
uam; non enim me locuturum in re tanta profiteor, sed
illum patris spiritum, qui in Christi Discipulis locutus fuit
Mat. 10. In nobis fortè quoque adesse sperabo: percipite
vos quæso diligenter, quæ dicam, & ea pęnitus animis ve-
16 stris, mentibusque mandate: Fama est itaque filij, quæ non
tantum hanc Taurinorum Augustam, totamque Patriam
impleuit, sed longius etiam euagata, omnes penè vici-
norum prouincias, in admirationem nouam iam, & ma-
17 ximam traxit; Proh Dij immortales, quid hoc sit, quid
ferat, quid portendat excogitandum relinquo; vix capi,
vix percipi humana mente potest; nouit solus arcana simi-
lia Deus: Aiunt namque, & repetam post Io. Franciscum
liben-

libenter, in Montisregalis territorio, iuxta Vici oppidum,
18 quadratum quoddam extare Pilarium, lateribus multo
19 antea tempore constructum, in læta planicie, collium amę-
nitate, circumcirca conspicua positum; in eoque pictam
20 B. Mariæ Virginis Sanctissimæ imaginem, & ibi gratias
21 maximas, & miracula magna, ingenti cum populorum
22 concursu, visa iam, & audita. Quæ omnia, quia grauia,
noua, inaudita, miranda, & incomparabilia dignoscun-
tur; nec tacenda, nec vllo pacto, silentio inuoluenda; sed
omnino gentibus omnibus prædicanda, toto posse viden-
tur, ad Dei Opt. Max. & eius, Beatæque Virginis Mariæ
gloriam, omni æuo propagandam, paucis quoquomo-
do poterò scriptis, comendare conabor; Verùm quia in re
23 tanta, onus hoc arduum, humeris meis longè impar esse
sentio; quodque sententiarum pondus, & grauitatem de-
siderare apertè videtur, adeò vt non tantum Ciceronis
24 eloquentiæ principis facundiam; sed etiam ipsius Diui Pau
li, & Hieronymi in dicendo vehementiam, cum pietate, &
Spiritu sancto coniunctam, expostulare noscatur, quod
nullo pacto præstare, me posse scio; ne tardas, & ineptas
ad scribendum manus; impuram linguam; hebetem, &
deprauatam multis maculis mentem, temerariosque fortè
istos ausus, nimium properè tantæ prouintiæ, nouæque
25 materiæ adiugam; Ad te vnam Virgo Beata, & Santissima
de qua sum hoc loco verba facturus, supplex recurro; Te
26 vnam Iesu Saluatoris matrem; humani generis salutem;
properantium, teq; inuocantium ducem; Cęlorum, terræ,
marisque Reginam, peccantium, & à fide deficientium au-
rigam; voluptatum, delitiarumque pelagus immensum;
scientiæ, prudentiæ, & sapientiæ arcam; omnium deniq;
in te sperantium præsens, atque iucundum solatium; pie-
tatis, diuinique cultus sectatorum viuidam flammam, ac
velut splendentem auroram, peto, voco, & inuoco; vt quæ
de

de tuis laudibus summis, maximis, & incomparabilibus
toto terrarum orbe, cęlique ambitu, sparsa iam, dissemi-
27 nata, & euulgata noscuntur, dicturus breuiter sum; ac de
amplissimo isto, tamque celso munere mirabiliter, &
gloriosè, felicibus Principibus nostris, Patriæ, vniuersæ illo-
rum ditioni, omnibus denique Christum colentibus elar-
gito, verba facturus, sic exaudire Inclita Mater digneris,
vt aliquam diuini numinis auram, tantarumque gratia-
rum portiunculam, feruentibus hisce ausibus meis impar-
tiri valeas; & vires munire, linguam enodare, verborum
ornamenta præferre; ingenij tarditatem; mentemque pro-
mouere; ac leues conatus adaugere tandem digneris; vt de
tam pretioso isto tuo thesauro, condignum aliquid, te sem-
per mihi præeunte, in medium edere, tandem cęli Regi-
na valeam. Demonstra ignoto viam; semitam indica,
28 vires adauge; facundiam præbe Maria; & quod difficilli-
mum omnium esse video, tantum continuis hisce studio-
rum molestijs, quibus perpetuò angor, curisque detrahe,
vt aliquod otium nactus, tantam prouinciam aggredi, &
aliquid, non tua summa gloria, sed flagranti tantum desi-
derio, atque alacritate mea dignum, promere aliqua in
parte possim, vt gloriæ tuæ amplissimæ maiestatem, tan-
29 tarumque rerum euentus, exteris non tantum indicare, sed
& posteritati ipsi, præteritarum similium magnificentissi-
30 marum rerum auidæ, testatos facere possim. Memento
Mater, me limum, & terræ fecem, tui nominis Mariæ sym-
bolum etiam referre; succurre misero, in ærumnarum hac
vale erranti, animati seruulorum seruuli, ad te properantis
gressus, in rectam dirige metam; & præsta, vt omnes ho-
rum laborum conatus, fructum vberem, quem sperant
talem sint excerpturi; vt me ipsum tãto iam tempore, à vera
salutis semita declinantem, ad certã, quam tendimus om-
31 nes, æterni æui felicitatem, tutò dirigere valeas; Hos tan-
tum

tum expecto quiſquiliarum iſtarum fructus; quibus vix
eſt eum carere, aliqua parte poſſe, qui ſimilia pertractare,
& aggredi tuo ſit lumine auſus, tuoque auxilio adiutus;
32 Hæc omnia tibi plana, leuia, facillimaque confido, ſi præ-
teritarum iniquitatum oblita; ſi ſummi illius, atque im-
menſi amoris non immemor, ád filium ipſum tuum Ieſum
conuerſa, eas, quas conſueuiſti pro nobis preces effundere
velis; magnus eſt peccatorum, & impietatum aceruus,
maiores tamen, & incomparabiliter iure optimo, in te, filio-
que tuo effulgent, miſerationum riuuli illi vberrimi; Quæ
33 quidem omnia diuina tua maieſtas, tanto cum artificio, in
celebri illo Pilario efficta, policeri mihi cęlorum Regina vi-
detur, cum Diui Bernardi præcepto edoctus peritus ille,
34 multoque fortunatior alio in arte pictor, te filium Ieſum
demiſſis, & grauibus oculis intuentem depinxerit; ac filium
ſupernè ad cęlum, matris hortatu patrem rogantem, de-
ſcripſiſſe referant omnes; expreſſaque nobis illius formæ
35 imago, circumferri ſolita, omnino demonſtret. Reice ab
oculis tenebras, clamantium, ęmulorum pelle latratus,
pungentes malorum aculeos, tantopere auſibus iſtis meis
aduerſantes reprime; & ſagitas illas, in Dauidis pharetra
abſconditas, in occulto ſic grauiter me vulnerantes, quæ
tanto me tempore lacerant, remorantur, & torquent, de-
mum extingue; vt præteritorum temporum ęrumnis repur
gatis, liberè tandem aliqua in parte philoſophari, cęptoq;
labori operam dare tuo auxilio, tuo lumine, tuaque gratia
36 Mater caſtiſſima valeam: Etſi enim, Cireneo teſte, facilè
ſit omnibus Apolinem laudare, in quo tot, tantaque lau-
dum argumenta ſcatere noſcantur; nil tamen tuis illa re-
37 ſpondent exempla, in quibus principium reperiri quidem
poſſit; ſed finis nunquam: Quod ſi Socrates etiam, Phedro
38 præſente, amoris vim deteſtaturus, facere id non auſus, niſi
capite prius palio obuoluto; multo me magis verecondari

par,

par, iuſtumque fuiſſet, in tanta hac laudum tuarum, & rerum maximarum ſylua declamantem; Id tamen præſtitiſſe tunc in parte putabo, cum omnia complexus, eo quia
39 Mater Dei es, & Virgo, ſilentio, vt decet; hæc tua tanta relinquam. Ea ſum tamen cupiditate inceſus, ad prouinciam iſtam omni affectu aggrediendam; vt mihi ſic animato, neque calcare; nullis neque remis, neque ventis iam opus eſſe videatur. In verbo autem tuo laxabo retia, & tantę nauigationis vela in altum, tuo auſpicio, tuoque ductu Virgo Maria pandam. *Io.Fran.* Audiuimus pater, fandi dulciſſime, Alexander, & ego, ſumma cum alacritate, & attentione, grauique ſupercilio, iucundas iſtas, & æſtuantiſſimas ad Virginem Sanctiſſimam inuocationes, rogationes, & laudes, nectaream ſuauitatem omni parte ſtillantes. Benè quidem, prudenter, & piè, cum omne bonum initium à Domino, cuncta nobis exemplo perpetuo profutura; ſed inſtituto tuo, atque promiſſis ſatisfactum iri deſideramus: Quid iam de B.Mariæ ſacello, quid de tanto populorum omniū, vicinarumque regionum, & prouinciarum motu, atque concurſu; quid de gratijs multis, quid de miraculis; quid de tantis, quę exaudiuntur quotidie rebus, & nuntijs, nòs diſcendi auidos, remorando ſentis, & affers? Nos hac in tenella adhuc ętate, obumbramur velis, verſamur in tenebris; niſi tandem aperiantur quoquomodo intellectus ocelli; loquere iam ſi libet, ſi quid habes, tantaque pręſtare, diuino cum pręſidio potes. *P.* Prędixi iam vobis, filij chariſſimi, non ita abruptè, & velo (vt aiūt) leuato hac in re eſſe agendum, cùm eminentis ſcientię Theologorum, con-
40 ſumatiſſimorumque Canoniſtarum, hoc eſſe munus agnoſcam, quorum ne quidem dogmata à limine ſalutaui hactenus, ob id cautè, & conſultò progrediendum, plumbeoq; perpendiculo ſingula inueſtiganda, & diligenter fore vibranda; ſatisfaciam autem mox iucundè quęſitis, ſed prius vos

monere

monere paterni muneris erit, non ita ieiunis eſſe talia ſemi-
nanda, ſed ſic explicanda; vt ad veſtram doctrinam, cùm
in parte ſint iſta conſcripta, fructus aliquos tum pietatis,
diuiniq́ue cultus; cum etiam bonæ, & probatæ indolis
ſint vobis, Deo bene iuuante, allatura: Proponite interim
vobis ante oculos filij, ſacræ paginæ, Salomonis præcipuè
documenta, quæ quandoque inter epulas, domeſticaſq́ue
ſermocinationes, ex illius prouerbiorum libris, vobis tra-
dere ſoleo; Illud ſit vobis cum ipſo præcipuum, timorem
41 Domini initium omnis eſſe ſapientiæ; prudentiam acqui-
42 rite, quæ Cic. teſte primo offic. libro, eſt rerum expetendarũ
fugiendarumvè ſcientia, auideq́ue petitæ; vos illuſtrabit,
vos efferet, & gloriam magnam ab ea conſequemini, cùm
illam enixe complexi, pieq́ue fueritis; qua velut per gradus
ad maiora, cœleſtiaq́ue bona ſenſim aſcendetis. Viam eia
ſapientiæ, Deo duce indicabo, per æquitatiſq́ue ſemitas,
vos paterna charitate deducam, quas cùm ingreſſi mecum
ipſi fueritis leuiores deprehendetis vbiq́ue calles, & cur-
rentes (mihi credite) offendiculum non habebitis vllum.
43 Memores porro nati mei eſtote, liberorum ſapientiam,
maximam paternæ lętitiæ eſſe prȩnunciam, filiumq́ue
44 ſapientem, veram doctrinam eſſe patris: Popularem au-
ram, & diuitias eſſe ſpernendas, cùm illo teſte, non pro-
ſit ſtulto opibus abundare, cùm ſapientiam mercari ne-
45 queat: ſcitote, filij ſtultitiam, & ignauiam in patris dolo-
rem, mȩroremq́ue verti, cùm ſummoperè gaudio exultet
iuſti filij pater; quique ſapientem genuit, iure lætetur in eo:
Gaudete tamen, iterumq́ue gaudete, & in Domino etiam
vos ipſi lętamini; quia tota illa diuinæ legis virtus, & via in
46 bene, pieq́ue viuendo, cum lętitia pendet; & hilaris ani-
47 mus ætatem floridam reddere ſolet. Hæc porrò, quȩ com-
monſtraui, ſi præſtiteritis filij, quid timor Domini; quid
ſapientia; quid eruditio adiumenti vobis ſint allatura, fa-

cilè dignoſcetis; Quia Ariſtippo etiam teſte, in theatris, tamquam lapides in lapide non ſedebitis, & monente Gellio, ſi quid turpe cum voluptate egeritis momentanea voluptas euolat, turpitudo adeſt; ſi quid boni cum labore, labor abit, bonum cum iucunditate remanet, voſque non deſeret vnquam; & quod pluris eſt, longeque magnifa-
48 ciendum, pietatem, ſupernumque timorem, rebus in omnibus pręmittentes, & corda veſtra Deo prębentes, ad veram ſalutis metam, ſummique boni finem, quò referenda ſunt omnia, paratum vobis ſine offendiculo vllo, iter inuenietis. Erigite itaque filij dulciſſimi, ingentes illos ſpiritus, viuidoſque, & ad alta pronos animorum affectus, ſtudia hęc veſtra ſurgentis ętatis primitias, ad probitatem, ad animi puritatem, ad verum virtutis iter, ęternęque fælicitatis pręmia, quò vos tanta iſta, & magna vocant exempla, dirigite: vos enim tandem volentes, & animatos, meque, vt decet toto poſſe ſequentes, in rectam uiam, & planam B. Virgine nobis ſemper auſpice Duce, telam hanc intexendo, mecum ipſe deducam; & conſtituam tanti currus aurigas, amplique theatri, & cęleſtium rerum pręcipuos, hoc tempore ſpectatores. *Io.Franc.* Iucundè admodum mi pater, omnique animi alacritate, paternas iſtas admonitiones Alexander frater, & ego audiuimus; imbibimus, firmiſſimeque Deo fauente retinebimus; quę quanto pręſidio ſint nobis, in creſcente hac tenera ętate futura, probabili coniectura herclè dignoſcimus: Animis quare noſtris, ſic paululum nunc ad maiora capeſcenda pręparatis, perge pater, pręcurre nobis pręſtanti uirtute parēs, & cępti ſermonis texturam
49 perficere ne moreris: *P.* Dicebā filij, multa eſſe in hac ampla materia tractanda, ſed quia totum huius myſterij pondus circa miraculorum, & gratiarum magnitudinem, quę utilitate, ſaluteque prōpoſita plebem totam, & gentem com-
50 mouere, ac allicere ſolet, uerſari uidemus; de miraculis, &

gratijs

gratijs cum Theologis, & Canonistis ante omnia sermo erit mihi futurus, quò facilius ea, quæ maioris momenti, ponderisque noscuntur intelligi, percipique à vobis suo tempore possint. *A.* optarem mi pater, si fieri hoc commodè posset, & pateretur materiæ pondus, pinguiori, crassiorique, (vt aiunt) minerua, singula pertractari; vt non tantùm fratri maiori, altiora iam capienti, sed mihi quoque hæc delibandi, daretur facultas. *P.* Enitar quoque, mi
51 Alexander, vt vtrique vestrum, ac alijs omnibus intelligendi ansam, sit allatura oratio mea; nec enim alta nimis, atque sublimia, quæ capere quisque non possit, erunt mihi petenda, sed infimo potius, aut medio dicendi loco, se continebit in dicendo locutio; quod erit nobis necessariò
52 certè præstandum, cùm in alienam messem, quod improbabile nimis est, falcem ponere cogar; & Hieronymo te-
53 ste, tractare non debeant, nisi fabrilia fabri; Recondita enim, & celsa nimis, in noua hac materia speculari, teme-
54 rariū mihi, & quærere nephas. Faciam itaq; vobis ēt omnia, ea qua potero facilitate plana. *Io.Fran.* De miraculis apud antiquos, prophanosque scriptores, obiter legendo percurri aliqua, sed si me mea non fallit opinio, ab his, de quibus hoc tempore agitur, & prædicant omnes, videntur esse longè diuersa. *P.* Benè quidem Io.Francisce & rei huius veritatem iam subodorasse mihi videris. *Io. Fran.* Sed quo-
55 modo? *P.* Sciendum tibi est (& attende) miraculi vocabulum latè patêre, vt paulatim dicenda fusius indicabunt; Rursus gratiæ nomen, quod ad subiectam materiam attinet latissimè; cùm & gratia miracula complectatur, & sub
56 se comprehendat, non è contra; adeò vt omne miraculum sit gratia, non gratia miraculum sit (propriè, strictèque loquendo) & qui gratiam obtinuit non item miraculum, qui verò miraculum gratiam, proculdubio. *Io. Fran.* De miraculo itaque, si libet, dissere primùm pater, inde de gratia

ſermo fieri poterit; ne adinuicem eorum confuſio queque contingat. *P.* ex his, quæ iam præmiſi, deprehendere potuiſti mi fili, aliud miraculum, aliud gratiam; quod ex nominum diuerſitate tibi quoque fit clarum: Miracula autem vt tu Io.Franciſce indicaſti, apud antiquos, profanoſque ſcriptores, aliter ſumebantur, atque ab eccleſia, Theolo-
58 giſque ſumi, hac in materia ſolent; Aliter etiam apud noſtrates Iureconſultos vſurpatum obſeruaui, qui quod rarò
59 accidit, miraculum dicere conſueuerunt, in authen. de conſuli. §. Quantumcunque ergo verſic. ſextum agens. glo. in c. legimus circa finem in ver. quid paucitatem. 93. diſtinc.
60 Apud veteres enim miracula dicebantur, quaſi mirè facta, & poſſibilia quidem, ſed difficillima, & ardua; hominum tamen potentia, atq; induſtria fieri cõſueta; vnde ẽt veteres
61 miracula pro monſtris poſuiſſe feruntur; qua de re exẽpla multa, ab Alex. ab Alex. genial. dier. lib. 4. cap. 9. petere poteris: & apud Valer. Max. lib. 1. cap. 8. Apud Aul. Gel. lib. 9. cap. 4. Sic illa ſeptem miracula mundi, enumerari à multis le-
62 gimus, non naturæ verè repugnantia, ſed mira tantum, fabreque, & artificioſiſſimè fabricata: Quale primùm tem-
63 plum Dianæ Epheſiæ, tanta arte, tanta impenſa, tantoque artificio conſtructum commemorant, vt ſummæ magnificentiæ, admirationiſque apud priſcos fuiſſe tradatur; cùm inter cætera magnitudinem tantam repreſentantia, illud præcipuum fuerit, quod ducentum viginti annorum ſpatio à tota Grecia factum; columnis centum viginti ſeptem, ſexaginta pedum altitudine, à ſingulis Regibus, ex his triginta ſex cęlatis, miro cum ordine appoſitis, ibidemque ipſius Dianæ ſimulacrum, ex hebeno laudatiſſimum, atq; conſpicuum extitiſſe, Plinio in omnibus teſte, intellexerimus: aliaque his ſimilia recenſebantur, mi fili, à priſcis miracula. *Alex.* Delectant iſta, mi pater, & ſi ab inſtituto fortè extranea videantur; Reliqua illa ſex mundi miracula, audire

dire quoque vehemēter cuperem, cùm mihi rudiori adhuc,
ſint hæc hactenus incognita; Perge ſi fas ſit, ne me ieiu-
num ſic hodie, hac in parte relinquas. *P.* Agam libenter mi
fili, ſed tanta, eaque profana hoc loco inſerere, nec inſti-
tuti, nec meæ certè erat voluntatis; ſatis tamen tibi hoc
tempore faciam, & alijs fortaſſe etiam; cùm eam hominum
64 naturam agnoſcam, vt non vno cuncti veſcantur cibo;
ſed tamquam nouarum rerum cupidiſſimi omnes, floren-
tiſſimum velut hortum ingreſſi, huic flores, illi fructus; alijs
tenellas exurgentes herbas colligere iuuet; alijs ſpecioſiſſi-
ma marmoreis lapidibus exciſa ſimulacra; alijs frigidas, ac
limpidiſſimas fontium aquas, è varijs fiſtulis, atque ſiphun-
culis raro artificio ductas, venuſteque emiſſas; blandiore
oblectante murmure, pulchrioreque aſpectu locum exor-
nante mirè inſpectantibus; nonnullis verò loci amœnitatem,
& rerum benè ſuo ordine diſpoſitarum elegantiam, tantū
contemplantibus, arrideant omnia; verebor tamen, nec
leui cum cauſa, ne in centonem deſinant iſta; vel vt Ho-
ratius ait, amphora dum fieri cœpit, ne vrceus exeat. *A.*
Non ſunt hæc tanti facienda pater, nec retardandi ſermo-
nes; enitere tamen, vt tuum fert deſiderium, omnibus ſi
poſſibile, faſque tibi videatur, oblectationem aliquam
ferre; nam vt proximis quoque legi diebus, cùm arduam
exorſus ſis hac in parte prouinciam, id erit proculdubio
65 cogitandum, ſolere quemque, qui legit, dum pro ſuo ca-
ptu, quid ipſe dicturus fuerit cogitat, alia propè omnia,
qualia quæque ſint faſtidire, dum id vnum, quod ille ſpe-
rabat dicatur, auidè expectat; quidquid (ni fallor,) hoc loco
dixeris, ſemper præcipua omiſiſſe videberis, omniaq; cōm-
munia, atque contrita dixiſſe, quod ea non dixeris, quæ
ſi dixiſſes, ipſa quoque alijs obſoleta, & vulgaria videren-
tur; præſertim cùm hîc ampla dicendi ſeſe offerat ſeges;
quidquid allatum fuerit, tantæ vbertati materiæ adſcribe-

tur, quidquid omissum imprudentiæ tuæ; perge tamen duce Maria, & breuiori quæso, quo poteris sermone, reliqua veterum perstringe miracula; cogitationesque iam tantas, quæ te remorantur omitte; ab omnibus enim qui sincerè, candideque iudicabunt, te veniam in re hac satis impetraturum confido. P.Postquam me tanta tua so-
66 licitudo impellit, secundum itaque accipe fili, inter externa illa miracula, rarumque Mausolij Regis sepulchrum: Superbus inde traditur apud Rhodios populos solis Colossus: Iouis olympici simulachrum, à peritissimo Phidia, ex ebore, mira cum arte constructum. Babilonis muri à Semiramide Regina constituti: famosissimæ Egypti Pyramides. Vltimumque domus illa Cyri, Medorum Regis magnificentissima, ea noua, effrenaque superbia fabricata, vt illam fabulentur veteres à Menone prodiga arte, illigatisq; auro lapidibus fuisse mirabiliter exornatam: Ad seria nunc accedamus. *Io.Fran.* Restat mi pater, vt postquam Alexandro fratri enixè roganti satisfecisti, telam, quam texuisti perficias; expectamus itaque ambo, vt propius accedendo, miraculorum seriem prosequaris, quò facilior nobis, ad
67 maiorum cognitionem pateat accessus. P. Miraculorum, de quibus est sermo noster futurus, materia, sacræ paginæ Doctorum ingenia torquere solet; illamque varijs modis deprehendi, à Theologis pertractatam; Ego mi fili, aptiora tantùm, & subiectæ materiæ commodiora percurram; cætera demonstrandis à me in locis haurienda vobis, alijsque relinquam. *Io.Franc.* Non ab re fortè erit, pater amantissime, quia ampla satis, vt indicas, ista videtur esse materia, singu-
68 la testibus comprobare, scriptorumque auctoritate munire, vt quibus satisfacere non poterit, Dialogi tui breuitas, vti quisque uoluerit, aptis in locis, cuique suo tempore suppetant scribentium traditiones. P. Benè dixisti fili, & placet extemplò excitata blanda tua ista monitio, & cùm sit legali

no-

noſtræ diſciplinæ conſentanea, pluribuſque iucunda, enitar in multis rerum teſtimonia dare; quò maior etiam aliqua, Dialogo noſtro fides, ſit acceſſura: *Io. Fran.* Audiamus te ergo pater, & tandiu deſiderata miraculorum dogmata pande. *P.* ut igitur fili, ad rem ipſam deueniamus, de miraculis
69 primùm, inde de gratijs uerba faciamus: Quid ſit miraculum, undeque dictum, & quot miraculorum ſint diuiſiones,
70 & ſpecies uideamus. *Io. Fran.* Vnde igitur miracula dicta? *P.* Miraculum, ut prius annui fili, ſecundum nominis ſignificationem, à mirando dictum, teſte D. Thoma Aquinate 2.2. quæſt. 178. & Ioan. Viguerio lib. de grat. diuina cap. 9. §. 2. uer. primo; uel aliter quaſi admiratione plenum; vt Maſcar. cui plurimum noſtra ætate debemus, ſuo de proba. lib. in uer. Miraculum concl. 1064. nu. 1. tradidit, non tamen, ut omne
71 mirum, ſeu mirandum miraculũ eſſe credas; quia inſolita & rara, admirationemque afferentia, propter occultas, & abditas rerum cauſas, miracula nequaquam eſſe putabis, eodem Viguerio teſte; ut hoc modo quaſi mira, & miranda, ſeptem illa priſcorum miracula dicta, ſupra demonſtraui-
72 mus. *Io. Fran.* Miraculum autem quid eſt? quoue modo à Chriſtianis philoſophis definiri ſolet? uix enim erit tantam miraculorum materiam, tot diuiſiones, & diſtinctiones; tantaque miraculorum argumenta, quæ uera, quæ nam ſint falſa benè percipere, memoriaque retinere, niſi id, de quo
73 futurus eſt ſermo, quid ſit ante omnia aperiatur; Cùm Cicer. teſte Officiorum lib. 1. in prin. à definitione primùm, quacunque in materia ſit incipiendum, ut mei Rhetoricę pręceptores, in ſcholis ſępe docuerunt, Dic ergo mi pater: *P.*
74 Miraculum uerò, quod quaſi quoddam diuinum teſtimonium B. Thomas appellat; ut ex multorum ſcriptis, quę uidi colligere potui; Ita congruè mihi uidetur poſſe, rectèque
75 definiri; Quod ſit aliquid mirandum, & arduum totius creatę naturæ facultatem excedens, ad oſtenſionem diuinæ

gratię

gratiæ, veritatis, aut uirtutis, & ad utilitatem ecclesiæ factum, ultra admirantis naturę spem; quamuis non pręter spem gratiæ, siue sit insolitum, siue solitum. *Io. Fran.* Vnde tam longa miraculi diffinitio, quę breuis omnino esse debet?
76 *P.* omnia mi fili, cum mysterio, & arte posita scias; ad excludenda multa, quę intelliges ueri miraculi impedimenta, atq; obiecta; & quę miracula quidem apparent, & non sunt: *Io. Fran.* Redde ergo rerum harum singularum causas? *P.*
77 singula itaque Io. Francisce percurramus: Dixi miraculum esse mirandum, & arduum, ad communium miraculorum, & facilium etiam à Deo factorum exclusionem: Quis enim
78 dubitat miracula esse, ex leui corruptione animantia gigni? Rubente cœlo, atq; sereno statim excitari nimbum, dictoq; ocius grandinem, aut pluuiam copiosam in terras decidere? Intermortuas hyeme arbores, & plantas, Vere primo, tanta mortalium lętitia, in apricum prodire, ac reuiuiscere? Rursus tanta industria iacta terrę semina extingui, & mori; statimq; nasci? ac ex uno tantum semine, tot alios excrescere copiosissimè fructus? & his alia propè infinita similia? Quę
79 quia communia, facilia, & solita, nec admiramur, nec miracula dicimus: *Io. Fran.* Placet mi pater, singulorum in definitione contentorum reddita ratio; sed quare cętera quę sequuntur? *P.* Dixi excedens facultatem totius naturę creatę, ut intelligas hac miraculorum definitione, nequaquam comprehendi quęcunque facta mirabilia, & ardua à quacunque natura creata, sicuti legisse memini, Ranas per Pharaonis Magos, Demonum auxilio, per naturam subitò productas; Idem de mutatione uirgę in serpentem; Quę quidem omnia ardua, prodigiaq; apud ueteres fuerunt, sed non miracula; cùm totius naturę creatę facultatem, minimè excederent;
80 ex quo colligere facilè potes, Diabolum non posse miracula facere, cùm sit natura creata; licet signa, & prodigia facere possit; quod Antichristi tempore euenturum, sacra pagina

testa-

teſtatur: Dixi prętcrea, ad oſtenſionem diuinę gratię, ueri-
tatis, aut virtutis, ad vtilitatem eccleſiæ factum, ad exclu-
ſionem ſignorum, & prodigiorum tempore Antichriſti,
81 quæ falſa ſunt futura, atq; mendacia, vt Paul. Apoſtol. 2.
Theſſalo. cap. 2. & Mat. 24. ſurgent Pſeudoprophetæ, &
dabunt ſigna, & prodigia magna; & illa verè miracula
non erunt, quia non ad vtilitatem, & confirmationem
eccleſiæ, ſed ad deſtructionem potius, & hominum in-
commoda. *Io. Fran.* De definitione ſatis, mi pater, plura fe-
ciſti; ſunt nõne aliquæ huius miraculi diuiſiones, & diſtin-
ctiones, quæ rem ipſam magis, vt expecto dilucidam, red-
82 dere poſſint? *P.* Sunt mi fili, & reliqua paulatim perſequar,
teq; manu velut appręhenſum, ad claram rei cognitionem,
Deo fauente, deducam: *Io. Franc.* Reſecatis ſuperfluis, quę
tantum ad rem iſtam facere noſcuntur, cęteris omiſſis au-
dire deſiderarem; *P.* Benè ſentis fili, nam etſi omnia, quæ
ad materiam pertinent longo, vt deceret, apparatu per-
currere vellem, me & dies, & calamus ſcribendo defice-
rent; Hanc verò prouinciam elegantiori, ſubtilioriq; cum
ſtylo, alijs pertractandam, vno verbo relinquam; Attende
tamen attentè, pauca quæ ſuperſunt, inde ſenſim progre-
dientes cætera proſequemur: *Io. Fran.* Ex his, quæ dixiſti
83 pater, collegi alia miracula falſa, quæ præſtigia propriè
appellari, non miracula docuiſti c. Reuera, vbi Archidia-
con. de conſecrat. diſtinc. 2. Alia miracula vera, & propria;
Quæ hæc ſint, qualia, & cuiuſmodi vera, tantum intelli-
gere contentus ero. *P.* Nec adhuc tantæ materiæ fontem
attigimus, & me rem iſtam mancam relinquere hortaris?
attende patienter, & vtilia te audiuiſſe non herclè pigebit;
Tu qui puerilia tractans, iocis, & nugis animum adhuc
irretitum habes, quæ dulcia guſtare deberes, ſentire vi-
deris amara. *Io. Franc.* Si moleſtus tibi nimium appareo
pater, hoc tenellæ condonandum videtur ætati, quæ ſe-

84 rijs relictis fugientia nugalia captat; sequere ergo pater, vt possit hilaris instrui animus, & fieri ex noua hac dispu-
85 tatione doctior. P. Audi quæso Bartolum iuris ciuilis lucernam, de miraculis etiam tractantem, quomodo paucis rem istam complectatur; Docet enim præclaro illo suo
86 de testibus tractatu num. 57. Miraculum dici, quasi admi-
87 ratione plenum; & esse miraculum id, cuius effectus manifestus est, causa eius omnibus simpliciter occulta, quasi soli Deo nota; vnde quæ à Deo ipso, propter causas nobis ignotas fiunt, quod vires nostras excedant, miracula
88 ideo nuncupari: Hoc autem post sacros Theologiæ Doctores, tribus modis contingere ille ostendit; vel in substantia eius, quod fit, vel in subiecto eius, in quo fit, vel in faciendi ordine; Primò circa facti substantiam, vt quando Deus aliqua facit, quę natura nullo modo facere potest, veluti quòd sol stet, vt Iosue temporibus accidisse traditur, vel quòd homo corpus habeat glorificatum, vt post resurrectionem Christo Iesu contigit; quodque in admirabili Eucharistię sacramento continuò cernimus, & intuemur; atq; ista in miraculis summum gradum obtinere magnus ille uir tradit: Secundò quando illud fit, quod natura facere potest, non tamen in illo, in quo fit, ut mortuorum ad uitam reuocatio; cęcorum illuminatio, & his similia alia; potest enim uitam natura prębere, sed non in mortuo, potestque uisum pręstare, sed non in uera cęcitate, & hoc secundum in miraculis locum tenere ait. Tertiò quando id, quod fit, natura ipsa facere quidem potest, sed non ordine illo; ut quando aliquis à febre, nullis adhibitis remedijs, diuina uirtute subitò liberatur, uel cùm non cõsueto naturę processu panis multiplicatur, potest enim
89 homo naturaliter panē conficere, sed non illo ordine. Hęc Bart. quę transcribere hoc loco putaui, cùm maximum afferant materię nostrę lumen. *Io.Fran.* Hęc nónne ad cla-

ram

ram miraculorum notionem, sufficere putas? Docent, & distinguunt nónne aliter sacræ Theologiæ, Canonumq; Doctores? P. Alia vidi circa miracula, Sanctorumq; Ca-
90 nonizationem afferri. *Jo. Franc.* Dic rogo pater, dum te benignè attentèq; audio. P. Addunt quippè quatuor copulatiuè necessariò requiri, vt miraculum sit, nec aliter miraculum esse posse, vno eorum deficiente; vt post Summistas, Hostien. & alios docuit glo. magna ad c. vnicum de reliq. & vener. Sanct. in 6. atque alijs relatis Mascar. de proba. ver. Miraculum nu. 5. 6. & sequen. Quæ quidem omnia, cum alijs à me, in definitione supra relata adductis,
91 conuenire certè videntur; sed clarius parum, ac dilucidius; Primùm illud, quod appareat id ex Deo, non arte, nec ex Diabolo euenire, cùm miracula quandoq; per malos fieri contingat c. Teneamus c. prophetauit p.q.p. & necesse est martyres (inquit textus) impetrasse à Deo, quæ
92 mandant c. si quis præpostera distin. 50. Secundo Quod sit contra naturam, sicut de virga Moisi in colubrum mutata exod. 4. & de Asina ad Balaam loquente c. cùm ex iniuncto de hæret. in 6. & profano etiam patet exemplo, de aqua, quam Tucia vestalis virgo, in cribro portauit, ad suæ pudicitiæ confirmationem, & probandam incestus innocentiam. Valer. Maxi. teste lib. 8. cap. 1. exemplo. 5. qui alia multa lib. 1. de miraculis tractans adducit, licet abso-
93 lutè, ac simpliciter miracula essent minimè. Tertiò Quòd non verborum vi, sed hominis merito id contingat; nam panis, & vinum potestate, verborumq; virtute transubstantiatur quidem in corpus, & sanguinem c. cùm Marthe. §. Quæsiuisti de celebra. missar. & tamen ex parte uerba
94 proferentis miraculum non appellabitur. Quartò quòd ad fidei corroborationem, & comprobationem sit; Ideoq; ea, quæ hominum ministerio fiunt, & ad fidem confirmandam minimè tendunt, miracula nequaquam erunt

dicenda. *Io.Fran.* Optimè quidem ista, quæ uerè cum defi-
nitione traditis, conuenire uidentur, sed poterunt nõne
breuius multa ista perstringi? *P.* Ego mi fili, rem totam
componendam, restringendamq; ita putabo, & sic tenen-
95 dum esse censerem; Miraculum esse, cui illius definitio
omnino conueniat, secundum quatuor proximè relata
requisita, aliter non; cùm cui definitionis uerba non con-
96 ueniunt, nec ipsa definitio l.4. §. toties de dam. infec. Hæc
de miraculo vero, & proprio, de quo inquirimus, secun-
dum solidam rei veritatem, semper intelligendo: Ex qui-
bus omnibus, ne confundatur ingenij tui acies, colligere,
97 perstringereq; breuiter poteris, cum Bart. miraculum om-
ne altero ex tribus modis contingere; & singulis illis mo-
dis, vt miraculum sit, quatuor illa inde post glo. tradita re-
quiri; siue supra, siue contra, siue præter ipsam sint na-
turam: Pro corolario demum, siue sigillo illud notabis fi-
98 li; Miraculum omne ad triplicem diuisionem reduci, vel
enim in nominis significationem, vel in communem ho-
minum æstimationem; vel in solidam rei veritatem resolui;
& sic miracula verè, & propriè; de quibus hoc toto tracta-
tu; ad quæ tria omnia per me tradita reduci, deuoluique
99 comperies: *Io.Franc.* Quid verò est mi pater, quòd de mi-
raculis loquens, aliqua modò contra naturam; aliqua su-
pra naturam; alia præter naturam appellasti? an tot sunt;
vel esse existimas miraculorum species? *P.* Gaudeo fili, te
talia nunc excitare miraculorum dubia; quia certam, re-
ctamq; dictorum attentionem, mihi ista firmissimè com-
monstrant; nec leuiter quæris; & quamuis præmissa suffi-
cere possent, clarius tamen attende; Tota enim miracu-
lorum operatio, vt tradiderunt alij, circa tria versari di-
gnoscitur: vel enim in miraculis operari dicitur Deus su-
100 pra naturam, contra naturam, vel præter naturam; quæ
quia subiectæ materiæ conuenire noscuntur, remq; totã di-
luci-

lucidiorē reddūnt, quāquā cū Bart.traditione resoluantur, diligenter sunt obseruanda, tibiq; referre nequaquam pigebit; vt qualia proponantur è B.Virginis Pilario, siue sacello dignoscere suo tempore possis: Nam supra natura m miracula esse dicuntur, in quantum effectum producunt,
101 quem natura producere nequit; quod dupliciter contingere potest. Primùm quando forma à Deo inducta, nullo modo potest à natura induci, qualis futura est gloriæ forma, quam electorum corporibus Deus inducet; ac magnum illud incarnationis mysterium, & maximus terræ
102 vniuersę motus, moriente Christo toto orbe exauditus. Secundò, Quando natura similem formam, in aliquam materiam producere potest, sed non in istam, sicut in mortuorum resurrectione notatur; vt in Lazaro, viduæ filio, & similibus sacra testatur pagina; cùm possit natura, id per generationis virtutem efficere, sed non in mortuo.
103 Contra naturam verò, quando in natura contraria dispositio manet, ad effectum, quem Deus ipse facit, veluti quando tres illos pueros, in Camino ignis ardentis illęsos, mirabiliter seruauit Deus, comburendi virtute in igne remanente; & in Beatissimæ Virginis partu, quæ filium pudore
104 virginitatis illęso peperit. Tertiò autem præter naturam, in miraculis operari dicitur Deus, quando effectum producit, quem natura producere potest, non tamen illo modo, quo Deus ipse producit, scilicet subitò; vel quando instrumenta desunt, quibus natura operatur, sicut cùm Christus aquam in vinum ad epulas, magna spectantium admiratione conuertit; Quod natura aliquo modo facere quidem potest, dum aqua in vitis nutrimentum assumpta, in vuæ sucum suo tempore perdigesta, in vinum quoque conuertitur; vel quando Deus maiora, quam natura consueuerit facit, vt cùm tantam fecit Ranarum multitudinem; vel quantum ad tempus, sicut cùm aliquem statim

curari

curari videmus, quem natura temporis processu curare etiam posset, vt in Simonis Petri socru accidisse legimus; & alia patent harum rerum exempla; De aqua à Mose è lapide cum baculo excussa; de ferro supra aquam per Heliseum enatare iusso, de quibus in c. Re vera de consecra. distinct. 2. *Io Franc.* Hæc autem omnia mi pater, & his similia, contigerunt nónne in celeberrimo illo B. Mariæ Vici sacello? & sunt nónne omnia illa quoq; miracula, vel quid
105 appellanda? *P.* Quoad mysterium mi fili, miraculorum, & gratiarum magnitudinē extemplò ita copiosè subortam, qualem norint, aut audierint mortales vnquam; gentium tantam, atq; inauditam vndequaque frequentiam, à Deo solo mirabiliter vno momento excitatam; portenta potius, siue prodigia rectius appellari putarim, quasi procul
106 aliquid ostendentia; & nouum quid, magnum, ac supernaturale mihi hæc omnia prænūciare videntur; quod Deus (vti omnia speramus) benè pro tempore vertat: Cætera
107 verò Christi fidelibus Pilarium inuisentibus dona, à Sanctissima Virgine impartita; gratias, & miracula: omnia tamen contra, vel præter naturam tantum, nuncupari debere putamus, vt clarius infra res ipsa monstrabit. *Jo. Fran.* De gratijs iam mi pater, si libeat, sermo videtur esse futurus; Quid gratia sit, & quomodo hoc nostro in casu sit intelli-
108 genda, scire quoque peropto. *P.* Gratia, mi fili, in sacris literis, ac etiam secundum communem loquendi apud nos vsum, multis accipi modis consueuit; apud Canones alijs pluribus secundum Archidiac. in c. gratia. nu. 1. p. q. 1. vno quidem pro dilectione, & amore, vt dicere plerunque solemus hunc, & illum gratiam Ducis nostri, Serenissimæ vè Infantis promereri, illisq; gratum esse. 2. Pro dono gratis dato, & alicuius munificentia; vt etiam sæpe dicimus Principes, vel Reges gratiam alicui facere, cùm dona dant, liberalitatem Principis propriam exercentes. 3. Pro bene-

ficij

ficij gratis dati remuneratione, siue recognitione; vt cùm
beneficiorum memores, gratias facientibus agimus, siue
reddimus. 4. Etiam gratiam obsequium dicimus, seruitiū,
seu fauorem, quem ab aliquo expectamus; cùm alicui
enixè roganti satisfit, rogans gratiam sibi fieri petere solet.
5. Gratiam quoque appellamus delictorum remissionem,
quam Principes delinquentibus facere solent; quæ quidem
materia apud nos frequentissima est: sed hæc omnia, nihil
ad subiectæ materiæ causam pertinere videntur. *Io. Fran.*
Dic ergo quæ ad rem faciunt pater, cæteris, quæ extranea
109 omnino sunt omissis. *P.* Gratia igitur, quæ à Deo prouenit,
nit, duplex erit mi fili; vna largè, vt ita dicam; altera strictè,
110 propriéq; sumpta: Gratia largè intellecta, ea est intelligenda,
da, qua creata omnia diligit, & amore prosequitur Deus;
cùm naturalia, omnibusq; communia elargitur dona, &
cùm velit omnes homines saluos fieri; & vt D. Iacobus
ait, omne datum optimum, & omne donum perfectum
desursum est, descendens à patre luminum; & Apostol.
quid habes, & non accepisti? & quia demum pluere facit
111 super bonos, & malos: Gratia verò specialis, propriè, strictéq;
intellecta, supernaturale erit donum, & specialis Dei
dilectio, secundum quam, rationalem creaturam supra suę
naturæ conditionem, ad diuini boni participationē trahit,
diuinaq; illi quoad quid cōmunicat; cùm varia sanctis suis
dona, gratiasq; impartitur: & secundum hanc postremam
diuisionem, & membrum intelligendæ, ad idq; referendæ
sunt gratiæ omnes, quas copiosè, cumulatissiméq; satis, ad
venerandum illud Pilarium confugientibus, ibi, atq; varijs
itinerum locis, Beatissima Virgo impartiri exauditur, quæ
verè supernaturalia sunt, gratuita, & specialia dona mortalibus
collata, quæ non potest ipsa præstare natura: Cætera
dè diuinorum bonorum participatione, atractioneq;
rationalium creaturarum, supra conditionem suæ naturę,

ad

ad Sanctos, & Dei electos pertinentia linquimus. *Jo. Fran.* Delectant, mi pater, eruditæ tot nobis allatæ miraculorũ, gratiarumq; traditiones; & quid sit miraculum, quid gratia intelligere videor: Sed tanta, quæ singulis quoque mométis, ipsis oculis cernimus, & adferri tanto cum applausu intelligimus, vtrum ne miracula, an gratias appellabimus? sunt qui miracula negent, quasi existiment statim, & incontinenti, videntibus omnibus, esse miracula præstanda; vel quæ etiam supra naturam tantum sunt, qualia mortuorum ad vitam reuocatio; à natiuitate cęcis lux statim reddita; restituta omnino à natiuitate etiam claudis, mutis, & surdis desperata, quam nunquam nouerunt miserrimi salus: Quæ quidem omnia, & similia multa constet, à natura ipsa sola præstari nullo pacto posse; cùm à priuatione ad habitum, Philosopho teste, non detur regressus.
112 *P.* Labuntur credo, mi fili isti, si prætèritorum es memor; hæc namq; omnia, quæ recenses, & omnibus sunt notissima, visa, & audita, gratiæ quidem omnes sunt, lato sumpto vocabulo, vt supra iam præmonui; sed miracula
113 etiam omnia appellando non errabis; omnia verò, vt solidè, fundateque loquaris audacter miracula dicito, quæ præter naturam, secundum supra tradita, accidere solent; & multa infra notanda exempla clarius, apertiusq; demon
114 strabunt; Gratias autem propriè, & vt vulgus quoq; appellat, eas, quæ præter naturam quidem tantum sunt, sed tardius tamen miraculis, temporis processu proueniunt, mi fili dicito: eritq; verè gratia donum Dei, & miraculum latè sumptum, alicui præter naturam concessum. *Io. Franc.* His iam tantis miraculis, gratijsq; enarratis; multa occurrunt pater, eaq; iudicio meo difficillima, quæ scire adhuc desiderarem, circa magni huius mysterij miraculorum, gratiarumq; materiam. *P.* Quæ sint ista fili, dic liberè; sic nos acientes Virgo ipsa iuuabit; & quę difficiliora fortè erunt,

expla-

explanandi vires commodè dabit. *Ioan. Franc.* Primùm illud in mentem venit, vtrum his populorum clamoribus, & acclamationibus, miracula allegantibus, & quandoque magna cum admiratione prædicantibus, sit danda à maioribus, Christumque colentibus fides: Num sit statim admittendus populorum, ad similia loca cultus, atq; concursus: Num propter religionis, & pietatis reuerentiam, fideiq; confirmationem, sint simpliciter, vti referuntur credenda miracula, vel etiam fortè probanda: Nũ etiam miracula, incontinenti fieri cernantur: Num dolor à miracula, gratiasvè suscipientibus, eo in actu accedat: Quaue de causa, in terram prostrati; proni, siue supini, tamquam profundo somno detenti, vel extasim passi, inde velut longo sopore excitati, quodammodo reuiuiscentes, harum gratiarum dona plerique suscipiant; Enitere pater, vt ista, mihi ita discendi cupido, explanare valeas; quod mihi nõ tantùm similiũ auido gratum, sed alijs multis talia scire desiderantibus, periucundam quoque rem fore putabo. *P.* Quæstiones istæ tuæ nunc excitatæ, Io. Francisce plenissimum (mihi crede) postulare tractatũ viderentur; ne tamen vllum paternæ pietatis condignum laborem, subterfugere velle videar, enitar viribus, totoq; posse contendam; vt nil eorum quæ petis inexplanatum,
116 quantum potero, relinquatur; attende ergo: Quo ad primum, quo quæris, vtrum miracula allegantibus statim, simpliciterq; danda sit fides; res non leuis ista videtur momenti; & magno verborum apparatu, atq; ornatu egeret; singula tamen, ea qua potero breuitate percurram; Quamquam enim viderentur hæc omnia, statim absque discrimine admittenda, ad Dei gloriam magnificandam, fidemque confirmandam; quia tamen vel Demonis astu, vel nimia populorum leuitate, ad credendum valdè præpropera; falsa pro veris, quandoq; disseminari inter Christi

fideles accidere posset; quibus inde in lucem prodeuntibus, perturbari, atque remorari fidelium piorum mentes, & corda fortè contingeret; sanctè quidem,& optimè constitutum est; non statim his populorum acclamationibus, tumultuariè, sineq; auctore suscitatis, fidem esse præstandam; sed omnia per Religiosiss.loci Episcopum, adhibito Theologorum, Peritorumq; consilio, primùm examinanda,& comprobanda; Ita etiam in nouis miraculis, nouisq; reliquijs, fieri mandante sacrosancto Tridentino concilio sessio.25. quæst.9.& vlti.de inuocat.venera.& reliq. sancto. & sacr.imaginib. circa finem; & per alios alibi sacræ paginæ scriptores, traditum deprænendi. *Jo. Fran.* Sunt nónne alia requisita, mi pater, in hac miraculorum prædicatione, admissioneq; necessaria, quamque breuiter fortè nimis nunc tradidisti? *P.* Sunt quidem alia multa, eaq; mea sententia notatu, scituq; digna; tùm in miraculorum fama, recognitione,& approbatione; cùm etiam Sanctorum Canonizatione, quæ pro tempore, parcè tamen satis, delibaui; omnia huic certè loco, mirumimmodum consentanea; quæ ne verbosior, quam constitueram fieret disputatio nostra, prætermittere decreueram; tuo tamen hortatu, mi fili, ea pro parte tibi manifesta faciam; quæ quidem in hoc sacro mysterio, mortalibus euulgando obseruata à Religiosiss. amplissimoq; illius Ciuitatis Antistite, summæ eruditionis viro, proculdubio putarim. *Jo. Fran.* Explica quæso libenter, quæ ad rem istam aptissima, tibi hoc loco videbuntur. *P.* Multa scias, mi fili, hac in re
117 esse necessaria, præcipuè ista.Primum illud,à probatis, fideq; dignis hominibus, huiuscemodi facta,& miracula denuncianda esse; percrebescente inde fama, indies magis multiplicanda, & continuanda miracula, antequam admittantur: Idq; optima ratione, summoq; iure constitutum; Cùm Diuo Augustino teste lib. de vera relig. miracula

cula rarò hodie operetur Deus; & quandoq; etiam ab im-
118 probis hominibus, ſugerente Diabolo, & talia perturbare, varijſq; coloribus, & artibus obumbrare contendente, miracula, ſeu verius præſtigia fieri; ad Dei, Diuorumque gloriam inuoluendam, & deprimendam notauerimus; vt ſuo loco latius demonſtraturum, & ſcrupulum remoturum, me quoque confido, ſupraq; iam etiam indicaui. c. teneamus. 26. q. 5. Diſſeminataq; in patria noſtra, iam heu, referantur exempla, vt fieri contigiſſe præcauit Innoc. 3. c. fin. de reliq. & vener. ſancto. Cùm magnum præterea hoc, & admirabile ſit myſterium; circaque magna maiora ver ſari ſæpe pericula videamus, cautius agendum; ac diuturna tarditate, ſæpeq; librata maturitate res proculdubio ponderanda c. quieſcamus 42. diſtinc. c. miramur 61. diſt. Hæc quippè omnia, ſumma illa ratione, mi fili; quia di-
119 ferendo, procraſtinandoq; excreſcere valeat, frequens miraculorum operatio; & fama de admirandis operibus, ac gratijs percbeſcere; atq; in cordibus, piorumq; mētibus opinio illa ſuborta, & prædicata robur certum, firmitatemq; ſuſcipiat. *Io. Fran.* Alia nónne requiri, ad rem hanc exiſtimas? *P.* Alia pleraq; concurrere proculdubio debent,
120 & illud porrò; vt poſtquam denunciata illa, & prædicata, certa cum fide fuerint; conuocatis ſapientum, peritiſſimorumq; virorum collegijs, à Religioſiſſimo loci Epiſcopo, ſingula hæc referantur, proponantur, lateq; diſcutiantur; & quid de ſimilibus agendum; num miracula vera, & num gratiæ; num adducta myſteria admittenda omnia ſint, an reſpuenda, cauſa pleniſſimè cognita, atq; diſcuſſa demum ſtatuatur; antequam ſimilia euulgari permittantur, & frequens admittatur ad talia loca concurſus: Quæ quidem omnia, oculatiſſimos proximarum Ciuitatum, & regionum Antiſtes, atq; Primates attendere, muneris tanti erit; Theologos, graueſq; viros ad ſimilia ſacra loca, &

sacella mittere; diligenter exploraturos, vtrum rerum ipsarum fama veritate, piæq; religionis fide subnixa reperiatur, antequam suorum permittere ad talia loca concursum. *Io. Fran.* Hæc omnia sufficere tibi videntur, mi pater; an alia adhuc expectanda censes? *P.* Ego mi fili, pleraq; in materia hac desiderari adhuc posse existimo; sed multis alijs nunc omissis, ne tãta cumulare extranea velle hoc loco videar; illud mihi, post omnia addendum pro corona tali mysterio videtur, quod & seruari solere tradi-
121 derunt alij; vt conuocatis proximarum vrbium Episcopis, vniuersoq; Clero collecto ad sacellum miraculis clarũ conueniant omnes; Ibiq; solemni, & magnificentissimo rerum omnium apparatu, parietibus splendidis auleis tectis; omnibus quo fieri poterit eximio ornatu, supernè extensis, inferneq; stratis; luminaribus vbiq; micantibus; cantu, simphonia, suauissimisq; modulantium choris, personantibus in templo omnibus; solemnia coram populo decantentur; Deumq; feruentissimis, quo fieri poterit precibus, loci Episcopus, cum populo deuotè precetur, vt tanta prænunciata omina beneuertere, altaq; illa mysteria aperire, si expediat dignetur; nec eos, aut alium quemquam in tanta re labi, periclitariq; patiatur; sed omnia ad ipsius omnipotentis Dei, Beatæq; Virginis gloriam, animarum salutem, populorumque quietem referantur: Quibus omnibus, diuino afflante spiritu ita piè, sanctèque peractis, liberè posse dari; pati, atque admitti quibusuis, ad similia sacra loca accessum, atq; concursum; tamquam vniuersis ad æterni opificis cultum, pietatem, summamq; gloriam tendentibus, intrepidè dixerim, atque putarim.
122 *Io. Fran.* Quid nunc de miraculorum simplici assertione, vel plena probatione sentias mi pater; vel potius seruandum doceant Canones, sacræq; paginæ Doctores expecto: *P.* Breuis erit, mi fili, quæsito tuo parata responsio;
nam

nam vt apud nos dici solere, iam audiuisti; facta nequaquam præsumuntur, nisi probentur; propterea hac quo-
123 que in materia, miracula in specie esse probanda; imò strictius, maioriq; cum diligentia, quam alio in casu, rationibus, & causis iam supra per me tactis, non ambigitur; quod apertè Honorius III. Pont. Maxi. Sanxit in c. venerabili de testib. vbi Scriben. Sed vt omnia tibi clariora
124 sint, mi fili, per breuissimas traditiones, singula modò perstringam: *Ioan. Franc.* Optimè pater, quæ ergo ista sint, breui sermone complectere. *P.* Prima itaq; erit ex dicto canone dessumpta, testes in hac materia esse ea diligentia examinandos, & accuratè interrogandos, sicut in cæterorum testium receptione fieri debere iura docuerunt; idq; propter periculum, figmentaq; multa, quandoq; in similibus disseminata. *Io. Fran.* Quid aliud? *P.* Insuper illud, testes in tanto negotio, nil specialiter prorsus habere; sed omnes contestes, singularitate etiam reprobata esse debere; adeò vt si mille adessent singulares testes, nullo pacto posse miracula probare: Additur & illud, testes etiam in re ista iuramento astrictos; & secretò, separatimque ab alijs contestibus, nec simul & semel esse examinandos; facta ab eis diligenti, solertissimaq; singularum causarum, & circunstantiarum disquisitione; num titubent, num didicita, num somnia, & vana; non autem vera fortè dicant. *Jo. Franc.* Supersunt ne alia animaduersione digna? *P.* Supersunt quidem; nam miraculorum frequentia, duorum testium numero non videtur esse contenta; sed plures, idoneosq; ad hoc requiri; ne ita facta probatione diuersa, non eadem probata per geminos testes dicerentur. Item illud addendum, in hac miraculorum probatione putarim, non requiri testes omni exceptione maiores, sed secundùm factorum, miraculorumq; contingentiam horũ, & illorum tam masculorum, quam fœminarum, & cuius-

uis conditionis perſonas promiſcuè admittendas ; quæ corporeo ſenſu miracula norint, viderint, & obſeruauerint; ſi præſertim alij non adfuerint teſtes, per alioſq; veri-
125 tas rei tantæ geſtæ haberi non poſſet; Cùm etiam magis videatur domeſticum,& familiare teſtimonium hac in re, tamquam in facto non proprio recipiendum ; & illis veriſimiliter magis, quam alijs noto ; ſed in alieno potius, & ad Dei gloriam principaliter tēdente deponere teſtes hoc caſu videantur ; ſicut parentum quoque apud leges admitti profeſſionem Herennius docuit l.etiam matris profeſſio D. de probat.tùm,etiam cùm ſimilibus his caſib.facti euidentia, & ipſorum qui gratias, miraculavè ſuſcipiunt teſtimonio comprobari ſoleant iſta. Demum docendus es, hac in parte mi fili,poſt Archidiac. in c. nec mirum 26. q. 5. nu. 7. Quamuis teſtes regulariter tantùm de his, quæ corporeo ſenſu percipi conſueuerunt, teſtimonium ferre debeant,ac propterea directè in facto, de quo loquuntur
126 deponere ; Tamen in miraculorum materia, & probatione productos teſtes, non directè, ſed per indirectum miraculum probare, & ita teſtimonium ferre ſuper hoc debere ; cùm etiam Bal.teſtę in c.2.de conſuetu.de miraculis nullum propriè teſtimonium : Directè autem intelligas, ſi per principia ipſi depoſuerint; dicentes vidiſſe paulatim, ipſis inſpicientibus claudorum pedes, & membra ſuccreuiſſe; cęcorum oculos apertos, & manus contortæ digitos paulatim extenſos ; tamquam non veriſimilia dicentes ; cùm miracula, ex ſubiecto in quo fiunt, principia non habere dignoſcantur, ſed inuiſibiliter quodammodo, & velut ſopore detentis, miraculorum gratiam recipientibus, iſta contingant; concludendum omnino cum Archidia. videtur, directè teſtes miracula probare nequire, ſed indirectè tantùm, extrema nempè probando ; Illos ante, & poſt ita reſpectiuè nouiſſe, atq; vidiſſe ; ante miriones,

nes, hoc eſt diſtortos, diformes, & vita, corporeq; monſtroſos; claudos; mutos; ſurdos; lumineq; carentes: Nunc rectos, & ſanos, viſu, greſſu, auribus, voceq;, & ſermone benè valentes; quæ omnia naturæ vim excedere omnino,
127 intrepideq; fateantur: Ex quibus quidem, mi fili, alterius quoq; quæſiti, tibi patêre ſolutionem vides, miracula non ad momenta, & inſpicientium oculum fieri; ſed ex poſt facto, tantùm dignoſci, effectu quippe certo mortalium oculis inde ſuppoſito; & ſi non ignorem aliquos affirmare auſos, ipſis inſpectantibus membra creuiſſe, extendiq; ad oculum hoc in myſterio viſa; quod non omnino ex præmiſſis tutum videtur. *Io.Fran.* Sed an incontinenti, vel ex inter-
128 uallo fiant miracula, non aperis pater? *P.* Benè inſtas fili, nec ſine cauſa, perperamvè dubitas; non minuſq; leuis videtur propoſitio tua; Inueni enim ego diuerſas ſcriptorum ſententias, inter ſe valdè pugnantes; & multis omiſſis, pu-
129 to aliud in miraculis dicendum, quæ naturaliter etiam fieri poſſunt, vt in liberatione à febre, quæ ſubitò nullis adhibitis remedijs diuina gratia curatur, quod Franciæ Regibus olim à Deo conceſſum quoq; accepimus; quod tertium locum in miraculis, ſiue præter naturam, poſt Theologos, & Bart. ſupra tenere dixi; Aliud verò in miraculis, quæ non naturaliter, ſed diuina tantùm opera fieri poſ-
130 ſunt. Primo autem caſu, miracula ſtatim, & incontinenti neceſſariò eſſe prȩſtanda putarim, non ex interuallo; iudicare tamen id debentis arbitrio; veluti in qualitate febris an magna, vel parua ſit; vel etiam quartana, quam magna cum difficultate propellere certè ſolemus; vel febricitans valdè ſit morbo grauatus, adeò quòd de eius ſalute, Medici deſperare videantur, alijſq; caſibus ſimilibus; Ex quibus colligi quidem poterit, & arbitrari infirmum diuina potius gratia, & ſic ſupernaturaliter, quam naturaliter, & Medicorum præſidio ſalutem recepiſſe; Quare ita

incon-

incontinenti, & statim talia miracula fieri debere, existimandum est; Cùm alias si ex interuallo, non miracula putarentur, sed humana virtute, Medicorumq; peritia contingere potius autumarent mortales; & ad gratias in om-
131 nem euentum tantùm referrentur. Secundo verò casu in miraculis, & his, quæ naturaliter præstari nequaquã possunt; varia referuntur in sacra pagina exempla, quæ suadere omnino videntur, incontinenti quoq; talia miracula fienda, factaq; fuisse; vt Actu 9. versi. Inuenit autem, vbi D.Petrus in Lyddæ Ciuitate, quendam nomine Æneam paraliticum, ab annis octo in grabato iacentem sanauit; aitq; textus, & continuò surrexit. Et iterum Act. 3. iuxta principium, vbi idem Petrus quendam claudum ex vtero matris suę, eleemosinam ad portam templi petentem, cùm aurum, & argentum sibi non esset, saluti donauit; dicens textus; & appręhensa manu eius dextra eleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius, & plantæ: & Lucæ 8. iuxta finem, ibi, & tetigit fimbriam vestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius, de quo in c. fin. 5. distinc. Item Luc. 7. iuxta principium, vbi dicit, Adolescens tibi dico surge, & resedit, qui mortuus erat; & Ioan. 11. post medium de Lazaro, Lazare veni foras, & statim prodijt, qui mortuus fuerat: Et Mat. 15. vltra medium, vbi dicitur, fiat tibi sicut vis, & saluata est filia eius ex illa hora. Multa Math. 8. & alibi passim: Summa illa omnia cũ
132 ratione, cùm apud Deum nulla sit mora c. Multiplex versi. his autem de pęniten. distin. 1. Alibi præterea, è con-
133 traq; legitur non videri necessarium miracula incontinenti fieri, sicut Archidiac. in c. Nec mirum 26. quæst. 5. nu. 9. multa ad hoc adducit. Illud præcipuè, quod habetur Reg. 3. cap. 17. vbi Elias expandit se, atq; mensus est super puerum, tribus vicibus; & clamauit ad Dominum, aitque Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri hu-

ius in viſcera eius, ergo non ſtatim, & incõtinenti. Et Exo. 10. vbi Locuſtarum, & tenebrarum infortunia, precante Moiſe, in Regno Pharaonis à Deo miſſa, non ſtatim, ſed interuallo interiecto contigerunt; & 14. etiam. Item 4. Regu. 4. & 5. cap. vbi non ſtatim etiam mulieri baculo dato, & filio ſuperimpoſito reuixit puer; ſed poſtquam ſuper eum incubuit, & incuruauit ſe Eliſeus; & poſtquam in domo deambulauit, iterum aſcendit, & incubuit ſuper eum oſcitauit ſepties, aperuitq́; oculos: & Namam, non prius à lepra mundatus, quam ſepties in Iordane mandante Eliſeo lauatus; & Marc. 9. vbi non ſtatim à Chriſto ſpiritus immundus eiectus: Ergo neceſſariò fatendum videtur, de miraculi eſſentia, & neceſſitate non eſſe ſtatim; & ſubitò miracula ſuum ſortiri effectum: Attende tamen mi fili, in ſcrabroſa hac; nouaq́; materia nobis non paſſim obuia; ſolutionem alibi eſſe petendam, ex glo. in c. Mathei 8. quæ dicit, quem vno verbo ſtatim curare poterat, paulatim curat; vt magnitudinem humanæ cęcitatis oſtendat, quæ vix, & quaſi per gradus ad lucem redeat, gratiamq; ſuam nobis indicat, per quam ſingula perfectionis incrementa adiuuat: In qua quidem ſolutione Archidia-
134 co. ibi reſidere deprędhendi. nu. 9. *Illud* fortè etiam non abſonum in re hac eſſe putabo, ſi dixerimus, Chriſti miracula ſtatim, & incontinenti effectum ſuum fuiſſe ſortita, & operata; quòd illa perſonaliter, *propriaq́;* virtute imperando faceret, volens ſe verum Dei filium tunc mortalibus oſtendere; nam ſi ex interuallo fortè, non incontinenti ſuum fuiſſent effectum ſortita, potuiſſent gentes valdè dubitantes; imò nec etiam credentes, verè filium Dei eſſe, multò magis non credere, dicereq́; illud non eius virtute, ac poteſtate accidiſſe; ſed nutu potius, Deiq́; volun tate, aliavè cauſa, tamquam ipſe Propheta, vel Sanctus vir tantum eſſet; precibus cuius flecteretur, eo tempore Deus

E vt

vt ergo Christiana fides ab ipso tamquam Dei filio initiũ verè susciperet, cresceretq; omni momento magis; non autem deficeret, voluit de se fortiora illa signa facere Iesus, quam facere posset; sic propterea subita, & instantanea: Hominum enim mentes scrutabatur ipse, quidque necessarium consequenter foret prꝫuidebat; ad hoc c. Nouit de iudic. cum simili. Hodie verò mi fili, siue in pro-
135 pria persona; siue sancti alicuius ipse miracula faciat, necessariò statim non sunt sortitura effectum; cessante nempe ratione illa, quæ tempore Christi meritò vigebat; cùm Christiana fide toto iam orbe euulgata, nunc non incipiat, nec in mundo Christus corporaliter reperiatur, sicut illo tempore erat; Cessante ergo ratione ista, multum mea sententia efficaci, non erunt necessaria miracula illa subita, repentina, & improuisa c. cum cessante de appella. si
136 igitur vt mox dixi, & proculdubio fatendum videtur, necessarium hodie non est, miracula incontinenti, & statim etiam ab ipsomet Christo fieri, propter cessantem rationem fidei, iam toto cœli ambitu latissimè propagatæ; intrepidè concludendum erit, nec miracula hæc tanta, quæ B.
137 Mariæ Virginis Vici intercessione fieri cernuntur statim, & incontinenti necessariò esse fienda; sed esse verè miracula, & si aliquo momento, temporisq; interuallo quandoq; perficiantur. Quod ex supra recitatis etiam exemplis, redditur clarius; in quibus illud obseruaui mi fili, omnia miracula statim, & incontinenti facta, quia à Christo, & sanctis viuis, præsentibusq; facta in principio fidei adhuc fundandæ; alias secus, vt post mortem; quia etiam ex interuallo facta cernuntur, fieriq; proculdubio possunt; vt multis, ac multis, qui ad sacratissimum illud sacellum accesserunt, quibus miracula, & gratiæ tam in loco, quam extra contigerunt; alijq; statim, alij paulatim, & sensim temporeq; interiecto salutem receperunt, multorum sermone

audi-

audiuimus. Nec absonum quoque meo iudicio fortè erit illud iam latius speculari; ideo nunc miracula, minimè statim effectum suum prodere; quia cùm Christus mi fili, immediatè, ꝓpriaq; virtute miracula fecerit, statim, & immediatè (vt iā tactum) effectum sortiri necessariò decebat; At in Sanctis alijs, cùm mediatè diuina ope, Deiq; gratia ea præstarent; non mirum si temporis interuallo, naturalique cum perturbatione, miracula contingant: vt à causa immediata ad mediatam, probabilis differentia noscatur.

138 *Io. Fran.* Vtrum autem mi pater, in miraculis dolor accedat, dum impotentes, infirmivè liberantur; & an hoc fortè contra miraculi rationem sit, scire peropto: Existimabam primùm miracula, vt ab aliquibus accepi, sine dolore contingere; illa adductus potissimùm ratione; quòd cùm à Deo, summo mundi opifice miracula fiant, credendum omnino videatur, illa magis liberè, maioriq; admiratione clariora, quam excogitari possit fieri; cùm omnia eius opera perfectissima cernantur, tamquam à perfectissimo opifice emanantia, iuxta vulgatum illud; opus artificem indicat. l. inter artifices de solutio. *P.* optimè infers mi fili, hoc tamen dubitatione non leui carere, non noscitur: Quid enim est, illud quod Marc. 9. cap. dicitur? Ibi & exclamans, & multum discerpens eum, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi crederent, quia mortuus est: Quid item aliud, quod in Beati Francisci vita legitur? vbi inter cætera ita dicit, signo itaq; crucis super eum facto, statim qui contractus iacuerat surrexit sanus, in Dei laudibus prorumpens; ego (inquit) sum liberatus; Insonuerunt autem ossa renum eius, audientibus multis, veluti cùm manu ligna sica franguntur; Huc tamen animum, mentemque dirige, & vt ex multis Christi miraculis iam supra narratis

139 colligere potuisti, sine dolore regulariter, & vt plurimum miracula contingere consueuerunt; & si cum dolore quan

doque acciderint; talemq; miraculi naturam esse puto, vt sine dolore illius, in quo fiunt eueniant; quamquam non sit contra miraculi rationem, si in liberatione alicuius, dolor interueniat Archid. teste in c. nec mirum 26. q. 5. nu. 10. ex. c. Mar. 9. & ita omnino videt, mea sententia conclude ndũ, argumento ab his ducto, quæ sæpe, non autẽ rarò accidere solent. l. nam ad ea de legib. *Jo. Fran.* Abundè iam, mi obseruandissimè pater, videris mihi, & miraculorum, atq; gratiarum materiam esse complexus; & multa, quæ animum meum, in copiosa hac rerum tantarum sylua, torquere videbantur ex animo, & voto clarè satis explicasse; multaq; à me excitata quæsita, ad saturitatem iam explanasse: Sed an memoriæ lapsu, an ex industria potius id acciderit, vnum adhuc prætermisisse videris, quod antequam ad vlteriora huius mysterij arcana progrediaris, exaudire valdè peropto. *P.* Quid hoc fili, superesse potest, quod fuerit tecum differendo post terga relictum? repete verbis, & animo ista, ne vllus (quod nollem) tua mente scrupulus in-
140 hærere noscatur. *Jo Franc.* Perquisieram post multa pater, si adhuc memoria tenes, abditas illas hoc tempore causas, cur plerique gentium, tam miracula, corporisq; salutem recipientium, quam non, proni, siue supini, in terram decidant; & aliquo temporis interuallo, velut sopore detenti expergiscantur; rem certè multorum iudicio, & linguis nouam, stuporis, & admirationis plenam; de qua quidem re multos multa dixisse audiui: Tu quæso pater, quid in re ista sentis? *P.* Non ita supinum me esse, & quæsitorum immemorem existimes, vt rei tantæ fuissem hoc loco oblitus; sed hæc alio commodiori loco, & aptius fortè tractanda, consultò linquebam: An putas fili, me illud etiam latêre, multos in itinere; alios domo nundum digressos; nonnullos in ipso Peregrinationis actu, alios in propriorum locorum templis; plerosque verò, tam in ipso sacri sa-

celli loco, quàm proximis confinibus, & si nullo corporis morbo, aduersa vè valetudine detinerentur, in terram tamquam sopitos decidisse? & quod mirabile dictu est, alios multos tamquam longo iam somno excitatos, post frequentem corporis, atque membrorum agitationem, tremulis mirum immodum, vt plurimùm manibus, inspectantibus lassitudinem penè, cum horrore, non leuem incutientes; mira cecinisse pietatis, religionis, peccatorum, & iniquitatum detestationis; atq; de abditis Theologiæ arcanis præconia, doctè quidem, luculenter, & sanctè, in multas talia protrahentes horas; vt non tantum circum, & circà stantes, ad sçculi huius fucata bona spernenda, despiciendaq; commouerent; sed rapere quoq; præsentes, & lachrymantes, ad diuinorum contemplationem grauiter viderentur; præsertim sanctissimo illo B. Mariæ Natiuitatis festo, tanto gentium numero celebri, Septembrio mense contingente: Nouum certè, & inauditum diuini numinis arcanum. Hæc tamen omnia mi fili, quia noua, & inaudita, vix posse scias, sacræ paginæ testimonio comprobari, vllorumvè scriptorum auctoritate (ni fallor) be-
141 nè explicari; Horum, tamen, mihi crede, solus, & vnus Deus interpres; vt in Genes. lib. cap. 40. somnij interpretationem sciscitantibus, Ioseph respondit: & Daniel cap. 2. Nabucodonosor Regi, ipse inquit, solus Deus reuelat profunda, & abscondita; Ex præmissis enim, postquam hic ista sum attingere coactus, ducenda tibi harum rerum coniectura erit; omnia namq; priora illa exempla, ex sacra historia recitata, miracula à Christo, & Sanctis facta, sine tempore, sine lapsu, sine sopore; sineq; tanta corporum perturbatione; sed statim, & subitò euenisse common-
142 strant; Quod verò è Marc. Euang. cap. 9. supra retuli de spiritu immundo, rogante vexati patre à Christo eiecto, specialem habere videtur, in spiritibus immundis ratio-

nem;

nem; propter Dæmonis consuetam mortalibus repugnantiam, induratamq; resistentiam, vt ibi, & elisus in terram volutabatur spumans; Quod in alijs Christi miraculis cótigisse, legi nunquam: Cæterum cùm Diui Francisci exemplum, supra recitatum ostendat, corporum perturbationem, & cruciatum à multis auditum, atq; in istis B. Mariæ Vici miraculis, plerisq; contigisse intellexerimus; vt ad terram cadentes, & repentè prostrati, postquam per diuersa temporis spatia dormientibus simillimi iacuerunt, velut somno, siue sopore excitati; inde hilari vultu surgentes, diuersorum morborum salutem, blandè receperint; dicere ego in tanta re ausim, hæc non esse vllatenus
143 attendenda, nec necessariò ita præstanda; sed quia Iesu Christi fide iam satis comprobata, miracula statim, atq; repentè, non sunt necessariò fienda; nec requiri nunc ea, post Christum illicò fieri, nec sine dolore, aut vlla ad terram colisione; sed aliquo potius interuallo concesso, perturbationeq; suborta, quasi magis naturæ consentanea; vt sopore quasi retentis, & artus protendi, & membra differri, cæteraq; recipiscere, minore hac ratione cum dolore, incommodoque possint; Cùm etiam quantò magis à Christi aduentu distant, tantominus subitaneæ, celeriquè præstatione egere, ex ratione prædictæ rationis videantur;
144 Quanquam cum perturbatione etiam, & ad terram pro lapsu, alicuiusq; temporis insomnio, contingere ista solere in ægrotis, & infirmis; miracula, gratiasq; recipientibus apertè deprehendamus Thomæ Apostoli testimonio, qui ad Gandoforum Indarum Regem à Deo missus, postquam illius prouinciæ magna ægrotorum, membrisq; debilitatorum manus, simul eo iubente collecta adfuit; fulmine è cœlis emisso, in terram prolapsi deciderunt cum Apostolo omnes; & post semihoram mortuos omnes apparentes, Thomas surgẽs vocauit, qui tamquam somno

exci-

excitati surgentes, Deum laudantes, salutem, mira iucunditate protinus receperunt? Et insuper, alijs omissis, locupletissimo testimonio D. Augustinus ostendit lib. 22. de Ciuita. Dei cap. 8. circa finem; vbi fratrum illorum Pauli, & Palladiæ miracula referens, qui tali pœna diuinitus coerciti; vt horribiliter cum alijs fratribus perpetuo tremore membrorum quaterentur omnes, postquam ad cancellos sacelli B. Stephani peruenerunt, vbi illius sanguis martyrio gloriosissimè effusus; ibi orantes, & flentes separatis temporibus prostrati, velut in somnium prolapsi iacuerũt; Inde surgentes sani, & læti in medium prodeuntes, cùm ex astantibus aliqui stupentes, atq; pauentes eos erigere, Augustino teste vellent; alij prohibuerunt, exitum potius expectandum dicentes: Aliorum verò minimè ægrotantium, in terram prolapsus; tremulis manibus, & toto corpore agitationem, atq; motionem; pias hortationes, & encomia magna, rerumq; tantarum causas, alio aptiori fortè loco, audire præstabit. *Alex.* Patientissimè hactenus mi venerande pater, summoq; cum silentio, & attentione præclara illa miraculorum, & variarum quæstionum certamina tot, tãtaq; audiui; quæ copiosè certè, nec vulgari cum stylo, atq; verborum ornatu differendo, cum Io. Francisco fratre; meo quidem iudicio dignè, disputata fuere; & es pater, lepidè satis, ad hanc horam elocutus; quæ quia alta nimis, & grauia dignoscebam, nec stomaco meo apta; prospectoris, & auditoris tantùm, munere fungi, fui longo hoc interuallo contentus; ea propterea omnia, æquè mihi, boniq; consulenda duxi: Nunc verò pater, tui in me amoris officium, paternæq; beneuolentiæ iura, postulare videntur, vt oculis in me etiam vnum tandem conuersis, multa alia, quæ magna cum auiditate expecto, tuo iudicio, tuaq; diligentia assequi possim; vt iucundius expleto, animi mei etiam desiderio, modestissimè

(vt

(vt decet) cætera, quæ supersunt, huius mysterij facta audire, adnotareq; valeam: *P.* Gaudeo, mi Alexander, & valdè gratulor, tantam in te modestiam expertus, dum tacitè tecum mussitando, mutua de miraculis colloquia, inter fratrem tuum, & me habita sine strepitu, sineq; vllo impedimento, attentè satis audiuisti; quæ quia periucunda mihi attentio fuit, longius instituto prouexit orationem meam: sed vt nunc tecum etiam agam, dic liberè, omni metu semoto, quid in hac materia tibi agendum videatur; quidq; intactum adhuc esse tuo iudicio putes? *A.* Dicam quod sentio, postquam hortaris apertè; & maiora rerum istarum facta, mihi adhuc prætermisisse videris; Qui nam locus iste sit; vbi positus; à quo Pilarium illud fuerit anteà fabricatum; qua de causa; quovè tempore erectum; quæ nam certa fuerint, atq; priora; vnde tanta inde subsecuta; huius mysterij signa, & miracula; tantarumq; rerum exempla: motus; concursus; hominum inaudita frequentia; dona, & gratiæ, tot, tantisq; languentibus à Beatissima Virgine impartita; tot oblationes; tot munera; tam amplæ; nostrisq; sæculis inauditæ pecuniarum; gemmarum, auri; argenti; atq; ornamentorum eleemosinæ; & quod omnia; multorum opinione excelere noscitur; quid nobis tanta mysteria prænunciare, promittereq; videantur, adhuc non audio: nec verbum, mi pater facis; omnia meo leui certè iudicio, in frontis Dialogi spicio, & ipso operis limine potius locanda; Rerum itaq; tantarum aperi causas? *P.* Non me latet fili, singulas istas esse, tantæ fabricæ præcipuas partes, omnes instituto meo apprimè necessarias, & certè præuisas; sed ne in ipso locarem limine, duplex dissuasit ratio; vna quòd non ita abruptè, nisi necessarijs ad mysterij tanti cognitionem præmissis non fas, iustumq; erat, tantam rem, sic frigidè exordiri; Altera illa, quia cùm multa essent Dialogo nostro interserenda, & ingentis magnitu-

dinis

dinis res, magniq; ponderis pertractanda tanta, quæ sese offerebant miracula, atq; mysteria, quotidie magis, & magis pululantia, illa nequaquam decebat, hoc loco aggredi, nisi fideliter prius, non coniectura tantum, famaq; firmata, sed certo, præsentique testimonio, singula oculis subiecta, manibusq; palpata, comprobarentur: Quare hæc multa, quæ recèses, exordiri prius minimè cōstitui, quàm decretū iam, ad venerandum illud sacellum iter, Deo, Virgineq; Maria ducibus, antea peragerem; vosq; ipsi mei nati, si dedissent superi, oculis etiam ipsis, tanta intueri possetis; & videre etiam, opera mirabilia Domini, quæ posuit super terram psal. 45. quæ quidem, ni falor, nec oculus vidit, nec humana vlla auris audiuit; quò Dialogi nostri fides, maiori augeretur, & fulciretur auctoritatis lumine. *Alex.* Iucundam certè rem nobis affers pater, & iucundiorem multò, quia insperatam: Da itaq; operam, curamq; adhibe, vt promissis istis respondeant facta: sine mora agamus? te depre camur pater: An nónne vides totam ferè Ciuitatem istā, mœnibus penè effusam, suis velut sedibus relictis, certatim, atq; turmatim tanto concursu, ad sacrosanctum illud sacellum confluxisse; vt vrbem percurrendo per vias, per vicos, atq; plateas obuium ferè cernas, adesse neminem? vt difficile penè esset, testamenta condere volentibus, integrū testium numerum, hoc tempore reperiri? Rem certè nouā, & monstruosam: Tanta iam ab vrbe euolauit hominum
146 multitudo. *P.* Transeamus ergo & nos, Dulcissimi filij, vnà cum Camilla matre, sic festinandi quoque auida, vsq; in Bethlehem, ad nouam istam Hyerusalem, Beatæq; Virginis aras; & videamus verbum hoc magnum, & mysteria magna, quæ facta sunt à Domino, hocq; tm̄ diuinitatis, & sāctitatis spectaculū intueamur. *A.* Præclarè certè, & prudenter, vt omnia mi pater; sed quo ordine, quo tempore, quavè ratione; habitu, & veste? Dispone domui prius; Tres

alij sunt nati, mater, eiusq; soror, & alia domus ministeria, ac sat ampla quoq; familia: An nos primùm, vel tecum potius accedere iubes? *P.* Accedite iam, & adeste animo filij, quidq; vobis agendum attendite: Elapsis paucis ante diebus, in nostro B. Mariæ Annunciationis Oratorio, in Diui Dominici claustris posito, communi omnium Fratrum voto; Decretum prodijt, propediem quoq; Peregrinationem nobis omnibus, ad sacrum Virginis sacellũ esse obeundam: Ego ergo cum Io Francisco natu maiore, nostrę Societatis Peregrinationem sequar: Tu Alexander cum matre, Margaritaq; matertera; & alijs, quos habetis iam itineris Comites, præire poteritis, vosque committere viæ; Dum itaq; ego in Senatum hoc mane digredior, vos iter Clarascum versus arripite; nostros ibi propinquos, affines, & familiares, pluribus salutationibus complectimini; Bonis auibus ite, videte, & redite; vos ducat, atq; reducat benignissimus Deus; Interim omnia vobis fausta, fęliciaq; precabimur: *Io.Fran.* Quid nunc mihi erit agendũ pater? *P.* Mox me è Senatu reuerso intelliges. *Io.Fran.* Postquam ad pium illum locum recesserunt, & euolarunt domestici omnes, his quæ in Senatu agenda erant tam celeri tempore peractis, mi pater; est nobis quoq; de recessu, & Peregrinatione nostra deliberandum; est sine mora aggrediendum iter, est maturanda fuga. *P.* Ego Io. Francisce domestica, & officij mei negocia, matre cui summa domus cura erat, nunc absente cõponam; Tu interim cura, vt B. Virginis Litanijs, ꝑ Ducis Peregrinatione impressis, alijsq; societat s misericordiæ, ad iter nostrũ valdè necessarijs, pri-
147 mùm tibi, & mihi emptis; talares vestes, ex cerulea tela, ad mediũ vsq; crus protẽsæ, baculiq; leues duplici ligneo globulo supra, & paulò infra imposito, eodem colore tincti; nec non circuli illi, ex nigro corio confecti, ad cubitos tantum è colo pendentes; B. Annunciationis imagine ex ar-

gento cęlata; corio ad ſiniſtrum latus inſuta: omnia Societatis noſtræ decreto, Peregrinorum more portanda, ſint ſuo tempore parata: Cæterum mi fili, hæc tibi erunt ſummo cum ſtudio notanda, & obſeruanda diligenter Peregrinationis noſtræ veſtigia, ſingulaq; tibi in itinere occurrentia intuenda; vt redeunti fratri, ac alijs omnibus Peregrinationis tantæ rationem, & cauſas petentibus, certiora cuncta queas, & à te ipſo viſa, obſeruataq; referre; Et quia noua hæc valdè ſunt, miranda, & inaudita, oculari fide prius comprobata, ſcriptis comendari, poſteriſq; tradi ſempiterna memoria poſſint. *Jo. Fran.* libenter mi pater, ex animo omnia præſtare conabor, ſed in magno me verſari diſcrimine video; cùm tantam prouinciam, non alio, quam peritiſſimo, cultiſſimoq; ſcriptore dignam, me ſuſcipere hoc tempore velis; pro viribus tamen meo poſſe contendam; vt exquiſita qua potero diligentia, integraq; fide, rem ipſam perſoluam; ſed mihi quamuis benè animato, à te patre indicanda erit, vel à longè ſaltem, tanti ponderis, atq; myſterij commonſtranda via. *P.* Noui iam fili, tui prurientis ingenij vires, & aciem: Tu tuo iudicio ſubtili, & perſpicaci vtere, quod natura ſatis ad quæq; procliue donauit; Ego interim ab opere, iam feſſus, paululũ quieſcam, dum tanti laboris ſarcinam, tibi in parte ferendam relinquam: Memineris autem mi Io. Franciſce, fęlici hoc tempore, quo præſtanti ingenio viri, maximaq; eloquentia præditi, exerceri tanto in myſterio ſolent; eruditiſſimorum ingenia niti, in apricum cultiſſima quæq;, & omni arte picta, atq; limata, proferre cęperunt; quid è miſerrima officina tua promere poſſis, quod rei magitudinẽ, atq; præſtantiam, in parte aliqua poſsit æquare; Hoc tamen moleſtias tantas, cogitataq; iſta tanta leuabit, ſi memineris illud, contendiſſe ſatis. Ad Deum tandem conuerſus, qui linguas infantium facit eſſe diſertas, tuam fili di-

rige mentem; ille enim eam, quam Moisi dedit, tibi quoque aperiet dicendi facultatem, & erit in ore tuo, docebitque te, quid loqui hoc in mysterio oporteat exod. 4. *Io. Fran.* Maximas, atq; grauiores, mi pater, sentio continuò mihi, in re hac crescere curas, quas iocando excitas; dabis tamen ignaro veniam, si non ita disertè, luculenter, & aptè; vt materia exposcit, rem tantam; mea musa, meo exili ingenio nequaquam dignam, pertractauero; Valeas itaq; mi pater, auram (quod aiunt) soluentibus benè precare, & cum Alexandro fratre, me colloqui paululum quoq; permittas. *Alex.* Vale mi frater, & iterum vale, ego & mater, à venerando B. Mariæ Vici sacello, quod proximis diebus inuisimus, Deo duce reuersi salui, incolumesq; sumus; & Clarascũ versus, dulcem parentum patriam, eundo & redeundo iter confecimus; nec vllum ex vobis in via obuiũ offendimus, sed alios penè innumerabiles; vnde hoc? An nostrum, an infantuli fratris Clarasci morantis, an amicorum omnium, & affinium, propriæq; patriæ estis obliti? *Jo. Fran.* Nequaquam mi frater, sed Sauillianum versus commodioris, & vmbrosę magis viæ gratia, nos Congregatio tota semper ire coegit; quod patri, & mihi molestum magnoperè fuit: Vestra nunc itineris ratio, quę quęso fuit? *A.* Dicam paucis, mi frater, quia grauiora à te, qui maiore poles ingenio; singulaq; fortè diligentius obseruasti, audire peropto: Nos postquam Taurino, duodecima Septembris luce secessimus, Clarascum peruenimus; vbi sequenti die recreati, & quiete potita, altera die Montemregalem versus rectà, famulo nostro Duce, iter accepimus; Ioannes Amitinus frater meus, & ego, talari nigra veste induti, & coriacio quoq; nigro palliolo, humeris adito; Scipionibus innitentes, quandoq; pedes, quandoq; etiam curru, ad iter aptissimo vecti, die veneris decimo quinto eiusdem, ad celeberrimum sacellum peruenimus: Popu-

lorum frequentiam Clarasci, in Monteregali, & vbiq; semper perpetua serie; hic, & illic obuiam, Virginum, matronarum, & hominum sodalitates, binis, & binis suo ordine iunctim incedentes; Litanias, carmina, & hymnos dulcissimè modulantes, quibus mirum immodum oblectabamur, non est mihi opus, tibi magis me instructo referre: Illud tantum inter cætera notatum, tantam vbique fuisse gentium multitudinem, vt vna tantum nocte Cla-
149 rasci, duodecim millia, & plus forensium, hospitatam fuisse prædicarent, & admirarentur omnes; vt non diuersoria tantum, sed omnia etiam nobilium, & plebeiorum hominum domicilia plena, & impedita passim cernerentur; vnde mi frater tanta? Vobis qualis illa sic prædicata Peregrinatio? *Io.Franc.* Attende mi frater, & ita etiam annuente patre, nostræ Peregrinationis ordinem, & modum, vti singula contigerunt, explicabo: Dum vti iaceat memorabilis ille locus, vbi positus, aliaq; multa, supra iam commemorata, expectari à te, & ab omnibus sentio.

150 Quinto itaq; post matris recessum die, qui erat Sabbati, habitu nostro, & cæteris ad iter obeundum paratis, meditanti iam hæc omnia patri, à benignissimis Ducibus, quibus denunciata res erat, duorum mensium plena quiete promissa, ad hystoriæ tantæ, paulò ante cęptæ perfectionem, & si latentibus æmulorum insidijs, clandestina arte interrupta, monere cępit pater, sequenti Dominico die, qui erat 17. Septembris in aurora, esse Peregrinationis iter inchoandum; Aduentante iam nocte, pater, & ego Ver-
151 cellarum, Clauasijq; societates, multarum gentium numero insignes, in Ciuitatem tunc ingressas inspecturi, ad Diui Ioanis fanū accessimus, ibiq; stãtes formosā Alexandriæ Virginem, cum patre Vicum versus profectam, ab immundo spiritu, longo iam tempore vexatam, ante sanctissimæ Christi Iesu Syndonis aras, vbi peruentum, in

terra

terra iacentem, velut mortuam vidimus; & percunctanti Ioan. Baptiſtæ Vialio Calcaneo Ducis ſtatus conſiliario, Prothonotario, ac Cerimoniarum diligentiſſimo, ſummoq; magiſtro; cui, & Octauio fratri Taurini Archipræſulis generali Vicario; ſimilium, quæ contingebant caſuum, erat cura commiſſa; reſpondit Virginis pater, eo tunc tempore mirum immodum affligi, patiq; Demones. vbi domum reuerſi, ſecunda iam inſtante hora cibo (abſtinente tunc patre) refecti, nobiſq; valdè de itinere ſolicitis, ea nocte pater, ſex ex Clauaſſij ſodalitatibus affines, & amicos, familiariter collectos excepit: Sequenti die hora circiter nona, Peregrinorum veſtibus, & cætero ornatu amicti, ad B. Annunciationis Oratorium, vbi Congre-
52 gationis conuenerant omnes, acceſſimus: Ibi magna Confratrum, aggregatorumq; multitudo, Oratorium penè implens: Celebrata Miſſæ ſolemnia; Inde Sanctum Euchariſtiæ ſacramentum, omnibus deuotè, pieq; adminiſtratum. Quo facto (ægrotante tunc, abſenteq; Rectore) Societatis Prorector, atq; primarij breui, ſed graui, & vehementi ſermone; quid agendum; quò incedendum; quo pacto tandem, ſingulari hac nacta occaſione, deteſtandæ in poſterum hominum impietates, & ſcelera; Quò demum Peregrinatio noſtra referenda eſſet, piè explicarunt: benigneq; monuerunt, plenos pietate in toto itinere ſermones, nobis eſſe futuros. Hac fauſta monitione premiſſa, omnes Oratorio egreſſi, poſt recitatas Itinerarij à patre meo preces, per Clauſtra bini, & bini omnes diſponi recto cum ordine cœperunt; atq; ibi primùm decantatæ B. Virginis Litaniæ; monitis iam cunctis, vt præmiſſis finibus, omnia ſingulorum dicta, factaq; reſponderent. D. Ioannis maiori Ciuitatis Baſilica, & Sanctiſsimæ Sindonis aris inuiſis, reuerenterq; ſalutatis; Ciuitate mira omnes cum alacritate, pietateq; digreſsi, habitu noſtro Peregrinantibus

bus decoro ornati, viam, Montemcalerium versus, quæ nos recta ad Montemregalem duceret primùm ingressi, (Currubus quatuor, ad cerea funalia, multorumq; sarcinulas deferendas antea missis) Inspectante tunc populi magna frequentia, multisq; nos è Ciuitate subsequentibus, memoranda nostra Peregrinatio cępta: Bini omnes cęlesti induti veste, ex tela ad mediū vsq; crus ꝑtensa, eiusdemq; coloris fasciola cincti; quo colore indutam, dum in humanis esset, etiam Virginem ferunt; Scipionibus Peregrinorum more innitentes, nigro breui corio colo amicti, omnibus sic maiorum decreto seruatis; eaq; re ab omnibus comprobata, processimus longa serie omnes: Quatuor pręibant homines, eiusdem coloris vestibus induti, qui B. Virginis Rosarij simulacrum, Societatis insigne, eleganter, ornateque pictum; quadrata sub vmbella; quatuor ligneis auratis columellis innixa positum; alternis vicibus bini præferebant; mirabilem inspectantibus cultum, & pietatem afferre solitum: Nobiscum etiam, nostraq; impensa aderant, & præsto semper fuerunt, duo grauissimi Dominicani ordinis Patres, magnæ eruditionis, & religionis Theologi, Societatis commodis, & necessarijs suo exemplo, sua doctrina, sacrarumq; rerum frequenti sermone inseruiẽtes, quos semper etiam habuimus in Missis, & similibus ministerijs diligentissimos, fidosq; Comites: Verùm quia perpetuo Societatis instituto, singulis Dominicis, alijsq; festis diebus B. Marię officium, in Oratorio alternis choris, ante Missæ celebrationem erat habendum, eo die cautum officij manè prætermissi recitationem, in itinere esse diferendam, reliquum verò temporis, in Rosarij pronunciatione consumendum. Hoc itaque instituto, & ordine progredientes, præcurrentibus sæpe duobus Congregationis Fratribus, & incedendi ordinem demonstrantibus, silentiumq; monentibus, in me-

dia

dia primùm Taurini, & Montiscalerij via sodalitatem misericordiæ Taurini, seu D. Ioãnis Decolati, vnà cũ magna Ciuiũ manu, è Peregrinatione redeunté offendimus, nobis magna, noua, & incredibilia multa, ac paradisum ipsum nos inuisuros, prædicabant, & prædicebant omnes. Ea
153 igitur prima die circiter meridie Carinianum, qđ passuũ millia septẽ Taurino aberat, peruenimus; In ingressu quiq; suo ordine dispositi, bini incedebant; Litaniæ à nobis alta sat voce recitatæ, tribus in medio agminis positis, illas incohantibus, alijs verò tam progredientibus, quam subsequentib. aptè suo ordine respondentib. Carinianũ ingressi, populorũ, mulierum, nobiliumq; matronarum, quarum solet ibi esse frequentia, tantus in via, & templo, ad nos visendos prodijt, omni ex parte concursus, vt nihil potuerit fieri nobis illo die honoratius: subindè templum, quod principem locum tenebat, rectà perreximus, ibiq; precibus reuerenter peractis, dimissis omnibus, ad diuersoriũ, quod commodissimum cuiq; se obtulit, singuli se recepe-
154 runt; Prandio sumpto, vesperorum hora, eodem in templo conuocatis omnibus, Carmagnoliam tendimus, ibique pernoctatum: In itinere Vesperorum, & completorij horæ sumissa voce pronunciatæ; Inde æstuante sole, puluereq; infestante, vt itineris molestias leniremus; more, institutoq; nostro erant, qui Rosaria dicerent, alij B. Mariæ litanias suauiter modularentur, alij qui itineris tanti simul argumenta conferrent; alij verò, qui à Dominicanis fratribus, mysterij huius arcana, miraculorumq; rationem, & causam sciscitarentur, eoq; ordine nobis fuit
155 semper via prosequenda. Sequenti die, albescente iam cęlo, eo loco digressi, Raconisium peruenimus, inde in Cabalarij maioris loco prandio sumpto, cadente iam Sole Sauillianum apulimus. Tanto mi frater certamine, tantaq; populorum frequentia, eò concursum est, vt anguli,

 &

& viæ hominum inſpectantium multitudine complerentur: Ibi duobus præcipuis templis inuiſis, Diuorum Petri, & Dominici, fauſto cantu, & dulci organorum ſono, lętiſq; campanarum tinnitibus, à templorum illorum monacis conſalutati fuimus: Inde dimiſſi pater, & ego ab Antonio Gallaterio nobili certè, benignoq; viro, multis precibus deuicti, collecti ea nocte fuimus: Quæ autem il-
1560 lo, & præcedenti Dominico die, nobis in via contigerunt, nequaquam certè prætermittenda videntur: Nam primo die, extra Carmagnoliæ oppidum, in dealbato B. Mariæ ſacello, parum à loco remoto, muliercula quædam Carmagnolia oriunda, multis ad hinc annis Taurini reſidens, nos cum alijs multis ſubſecuta, ſacellum ingreſſa; dum piè genibus flexis orauit, commoueri cępit; & tremulis mirum immodum manibus brachia, corpuſq; mouere; Cruciculam ligneam iunctis palmis tenens, amarè nobiſcum collacrymans, peccatorum veniam, & miſericordiam inceſſanter Mariæ petendo; plures iam præeuntes conuerſi, ſtatimq; opem comiti mulierculæ laturi regreſſi, & dum præſto illi pleriq; fuerunt, ſolertiſſimus illius templi ſacerdos accurrit, crucifixo ad deoſculandum benignè porrecto; dumq; alij Theologiæ Doctores, nobiſcum aſſumpti ſtantes, & cohortantes imploranti omnes auxilium ferre contendunt; breui ſpatio, tremore liberata ſurrexit: Die autē Lunæ, dum prandio ſumpto, omnes ſimul in B. Mariæ Plebis Cabalarijmaioris æde collecti, itineri proximi eſſemus, mulier altera Taurinenſis Ciuis, ante noſtrum Virginis ſimulacrum orans, dum è Peregrinatione rediret, in terram ſupina decidit, & tremulis etiam frequenti agitatione manibus, cruceq; quam tenebat ſæpe pectus, & faciem (ſine læſione tamen) percutiens; lacrymans, & plorans miſericordiam exclamabat; & interroganti alteri ex noſtræ Peregrinationis Patribus, fuit ab ipſa, eiuſq; præ-

ſente patre reſponſum, illam è Peregrinatione redire, ibi, & illic humi delapſam; & paulatim ſuſcipere, ac ſuſcepiſſe
157 oculi, qui nubecula velabatur, viſus incrementa: Sauilliani verò duo memoranda facta, atq; miracula paucis ante diebus, redeuntibus Taurini Societatibus contigiſſe, prædicabant; Mulieres duas Taurinenſes Ioannam Maconā vnam appellatam, mutam omnino, abciſa lingua; vt erat omnibus notum, lingua ſoluta articulatè ibi locutā: Alteram diu, ab immundis ſpiritibus vexatam, in D. Petri templo, magno populi applauſu liberatam; ob eaq; inſignia facta, numeroſam populi multitudinem, proceſſionaliter per oppidum, Deum, Virginemq; matrem, ſummis precibus collaudando; maxima cum pietate, eo die, magna nobilitatis ſerie ſubſequente, inceſſiſſe; Die Martis
158 proximo, Sauilliano ſecedentes, prandij hora Foſſanum peruenimus; conſuetoq; ordine omnes bini, & iunctim incedentes, magna, & lęta multorum Ciuium frequentia ſumus ingreſſi: Ibi, & Sauilliani alternis choris, geminatæ Litaniæ decantari cęperunt; vni ex choris præerat Senator Humolius, alteri pater; vnus progredientibus, alter ſubſequentibus modulos dabat: vrbem detectis ſemper capitibus ingreſſi, D. Iuuenalis templum, Metropolitanam Ciuitatis Eccleſiam inuiſimus: Ibi, etſi adeſſent ali-
159 qui, qui ſummo ſtudio inſtarent, alioq; nos vrgerent; magnificè, & liberaliter cum Senatore Brocardo, eiuſq; coniuge nos in Rheda cum vxore, & filia Senatoris Humolij ſemper ſubſequente; ab erudito, ornatiſsimoq; Iureconſulto, & pauperum in Senatu patrono, Philiberto Sandrio excepti fuimus; vbi ab eo, & Aſcanio fratre, nobiliſſimis adoleſcentibus ſumma, quæ excogitari poterant hu
160 manitatis officia demonſtrata: Eodem die, ad Sanctum Albanum peruenimus, vbi etiam Michaelem Corradinum Claraſco (vt dixit) oriundum, loci illius aromatariū

hoſpi-

hoſpitem habuimus; humanitate ipſa certè humaniorem:
161 Cariniani, Sauilliani,& vbiq; locorum matres,atq; nutrices, non ſolùm infantulos ſecum adduxiſſe, ſed lactantes etiam ſinu comprehenſos, illuc certatim tuliſſe, vt noſtrũ B.Mariæ ſimulachrum, coronarum etiam tactu, venerarentur, & deoſcularentur, noua cum iucunditate conſpe-
162 ximus: Die demum Mercurij, duabus ferè ante lucem horis, à Sancto Albano recedentes, Montemregalem verſus, lętis iam omnium animis iter arripitur; Diluculo facto, nonnullos noſtræ Congregationis fratres, ea nocte in Sanctæ Trinitatis oppido pernoctatos, nos ad Campeſtrem Capellam, in triuio poſitam expectantes offendimus; vltrò tunc omnes ſimul progredientes;& medio iam confecto itinere, miſſa nobis à R. Theologo dicitur,& vbi ad Campeſtre Sacellum, ſemimilliario à Ciuitate remotũ peruentum fuit, ibi mora modica contracta;expectantur, & colliguntur omnes; & vbi adeſſe cuncti deprehenduntur, ad noſtrum magis in vrbem ingreſſum decorandum, præter funalia cerea multa, Taurino nobiſcum allata, facta à compluribus collecta, duodecim adhuc cereæ faces emuntur, & ociſſimè è Ciuitate adferuntur: facta inde omnium, quotquot nobiſcum aderant, totiuſq; agminis
163 diligenti luſtratione, & deſcriptione eorum ſcriptore patre; qui pro multis, quæ in itinere occurrebant notandis pugilares, & cartam attulerat; omnibus alijs ſuæ cogitationis finem ignorantibus; Centum decem viri, mulieribus relictis, è toto noſtro Comitatu ſigillatim dinumerati; Centum duo, eodem met habitu induti; duo Reueren. Patres; & alij ſex Comites, nos ſemper proceſsionaliter ſubſecuti; ex Societate Fratres ſexaginta vnus; quadraginta vnus aggregati, proprijs nominibus, ad æternam huius Peregrinationis memoriam, particulariter infra deſcripti.

## PEREGRINORVM NOMINA.

*R. Pater Stephanus Dossena Alexãdrin. Vniuersitatis Taurinensis Theologus, & lector.* 1 6 4

*R. Pater Alexander Melagninus Cremonensis.*

Ex societate.

*Io. Baptista Bonetus Prorector.*
*Io. Baptista Humolius Senator.*
*Augustinus Sicardus Cameræ Magister, & Ducalium rationum dispunctor.*
*Philippus Maria Rofredus Aduocatus fiscalis generalis.*
*Marcus Antonius Bayrus Vicarius Taurini.*
*Cæsar Zaffaronus Iudex Taurini.*
*Io. Iacobus Rubinus Iurecõsultus.*
*Horatius Rumonus Iureconsultus.*
*Io. Iacobus Raschierius Iureconsultus.*
*Bartholomæus Pelagninus Medicus.*
*Antonietus Termus.*
*Baptista Agucius.*
*Angelus Martinellus.*
*Franciscus Astis.*
*Baptista Croua.*
*Ludouicus Crauosius.*
*Ludouicus Canibus.*
*Antonius Rolandus.*
*Io. Iacobus Bellinus.*
*Petrus Cacheranus.*
*Ioannes Berta.*
*Antonius Zuca.*
*Ardicinus Lescha.*
*Fabricius Rubinus.*
*Io. Iacobus Batuellus.*
*Hieronymus Lodius.*
*Bernardus Maghinus.*
*Ludouicus Valle.*
*Iosephus Humolius.*
*Cæsar Humolius.*
*Franciscus Augerius.*
*Ioannes Brolia.*
*Io. Baptista Carocius.*
*Iocobus Pertusius.*
*Baptista Mecha.*
*Stephanus Mecha.*
*Amedeus Cabaliatus.*
*Petrus Sicardus.*
*Marchiotus Gabaleonus.*
*Andreas Laurentius.*
*Franciscus Girardus.*
*Ioannes Panerius.*
*Io. Baptista Calocius.*
*Franceschinus Maffeis.*
*Ioannes Antonij Bertæ.*
*Ioannotus Manelli.*
*Ioannes Mussa.*
*Dominicus Nasi.*
*Egidius Vincentius.*

*Fran-*

*Franciscus Chiamessi.*
*Lucas Pitia.*
*Dominicus Fusellus.*
*Io. Baptista Cabaliatus.*
*Jacobus Lascheris.*
*Bartholomaeus Galeacius.*
*Federicus Barretinus.*
*Melchio Barella.*
*Andreas Croua.*
*Marcus Gallus.*
*Joannes Fornerius.*
*61. Georgius Perrachius, alias Plebe per aliam viam progressus.*

## Aggregati, & Comites.

*Bernardinus Brocardus Senator.*
*Ludouicus Peyre Camerae Magister.*
*Andreas Scotus Principum Medicus.*
*Petrus Talliante.*
*Io. Iacobus Zegna.*
*Io. Franciscus Rofredus.*
*Bartholomeus Brunus.*
*Ioannes Nicolis.*
*Octauius Manelli.*
*Hieronymus Albertus.*
*Hieronymus Valle.*
*Petrus Iaceranus.*
*Cap. Petrus Fauzonus.*
*Cap. Caesar Ruscatius.*
*Thomas Vaudanus.*
*Franciscus Astis.*
*Philibertus Panealbo.*
*Claudius Peyre.*
*Iob. Granerius.*
*Io. Laurentius Baima.*
*Jo. Petrus Caffacius.*
*Hieronymus Gassantus Aduocatus fiscalis generalis.*
*Vincentius Bertolucius.*
*Christophorus Pelegninus Doctor, & Lector.*
*Iulius Ferrerius.*
*Carolus Rantius.*
*Franciscus Antonius Nigri.*
*Octauius Pianca.*
*Gullielmus Christianus.*
*Io. Angelus Patonus.*
*Bernardus Billiore.*
*Nicolaus Peironus.*
*Jo. Baptista Ferrerius.*
*Gabriel Sollarius.*
*Antonius Bertramus.*
*Joanninus Mottonatus.*
*Bartholomaeus Carcanus.*
*Franciscus Pipinus.*
*Amadeus Gassantus.*
*Jacobus Frossa.*
*Caesar Octauius Bayrus.* 41

No-

Nomina aliorum Comitum suo arbitrio indutorum.

| | |
|---|---|
| *Claudius de Vens.* | *Jo. Michael Gamba.* |
| *Bartholomæus Cachiardus.* | *Petrus Gaspardus Baij Sabaudus.* |
| *Jo. Petrus Patronus.* | *Franciscus Baij Sabaudus.* |

165 CÆterum hac descriptione facta, omnibus in ipsum locum, magna cum obedientia coactis, R. Stephanus alter ex Patribus, profundæ scientiæ Theologus, hortari, & deprecari cunctos ea, qua decuit pietate, charitateq; cępit, vt postquam omnibus itineris difficultatibus superatis, illuc Deo auspice, perueneramus, tantæ Peregrinationis fructum, quisq; assequi, B. Virginis præsidio studeret; & si quam labem ad eam vsq; diem, vel in itinere quis fortè contraxisset, examine, pęnitentiaq; diluere curaret, atq; in posterum constanter detestaretur, humanæ saluti aduersa; ac inter cætera omnibus curis, molestijs, & alijs, quæ auertere poterant neglectis eniteretur quisq;, vt eodem ordine, & ritu, quo Peregrinatio adhuc obeunda erat, conficeretur; nec vllus, sociorum, & Peregrinorum cętum, ac B. Mariæ simulacrum, deserere in redeundo vellet; sed vnanimes omnes, suæ Peregrinationis fructum consecuturi, eadem serie Taurinum vsq; Virginis insigne comitari curarent: Pro pietate demum, lacrymas fundens, quæ nobis agenda essent indicatis; sanctæ benedictionis signo dato, è sacello egressi, solito ordine omnes, in Beatam illam, tantoq; nomine dignam, Mon-
166 tisregalis Ciuitatē maxima pietate, leuiq; congressu ascēdimus: vbi primùm, nudis capitibus litanias canentes, magna luminarium pompa Breduli suburbia intrauimus, ingentem, & numerosissimam populorum turbam, ad nos inspectandos accurrentem, offendimus: Ibi omnes vias, porticus, & speculas spectantium multitudinę repletas vi-

dimus;

dimus; Neq; vllus eo tempore fuit, qui nobis auditis, aut in publicum; aut ad fenestras, qua incedebamus non prodierit: Euntium, & redeuntium Peregrinorum ordinibus impeditas omnimodo vias, admirabamur: Magna demum pietatis, atq; beneuolentiæ deprȩhensa; in omnibus Ciuibus argumenta: Qui nos non laudaret, qui non extolleret; omnem Peregrinationis optatum fructum, nobis qui non precaretur; & rarum Societatis nostræ, ac Peregrinorum ordinem, atq; ornatum suspiceret, adesse videbatur nemo: Tantam pietatem Ciues, & incolæ omnes præ se tulerunt. Vlterius progrediẽtes, quia via quæ ad Ciuitatem accliuẽ, & editam celso in monte fundatam supererat, ascensu dificilis erat, leuiori gressu bini omnes, & bini incedentes vrbi iam proximi, in cliuo sistere gradum coacti; vnde lȩta patriæ amȩnitate omnium oculis subiecta, ingentia montiũ, terrarumq; spatia, & loci magnificentiam cernebamus; pusilo laxamento refecti, cuncta ad ingressum parari, disponiq; cȩperunt; Inde magna vi luminum, funaliumq; præmissa, & Senatore Humolio initium Litaniarum, & precũ cum patre ducente, alteroq; suauissimè respondente choro, ea dulci canoraq; voce, vt ab omnibus exaudirentur preces; sic hilares, erecto valdè, exultantiq; animo, quamuis longo octo milliarium itinere fessi, faustis, & lætis singulorum animis, nouam illam Hyerosolimam meridiei
167 hora instante attigimus: Vehementer eo tempore auctus Ciuium, populorum, & inspectantium numerus; adeò, vt conspicuum illum montem Tabor Christi Transfiguratione memorabilem, noua alacritate ascendisse se quisque putaret: Virorum, & mulierum, ac omnium penè gentiũ oculos, & ora in nos ipsos cõuersa passim, & vbiq; conspiciebamus: Plateam, magna nobilium frequentia supra, & infra ornatam, in circuli formam cingentes, rectà cathedrale templum inuisimus; & post orationes deuotè

more

more solito habitas quietem, ac prandium quæsiere om-
168 nes: Affinibus, cæterisque familiaribus relictis, Camilli
Beccariæ Iureconsulti ornatissimi ędes, sine mora libereq;
petiuimus: Magna humanitate præclarus ille, raræq; pro-
bitatis vir, intimus patris Compater, vt moris sui est, no-
169 biscum toto tempore eundo, & redeundo egit; Ciuium
quam vidimus alacritatem, & summam benignitatem, tá-
to sanguine dignam, Alexander mi frater, non possum,
nisi vehementer admirari: Plerosq; nostræ Societatis Pere-
grinos, inuitosq; etiam, & diu, modestissimeq; recusan-
tes, nouis humanitatis studijs ab ipsis complexos; super-
bè, & opiparè, ea quæ optari poterat magnificentia, col-
lectos audiuimus: Nouam conspeximus in ipsis affabili-
tatem, nouam beneuolentiam, nouam charitatem, & ma
ximam in omnibus animi gratulationem; vt nobiscum
humana, & suauis esset omnis eorum salutatio; Varios
audiuimus factos à multis eo tempore apparatus; ornata
ad magnificentiam magnam multorum cubicula, vt fo-
rensium aduentum maiori splendore augerent, & conce-
lebrarent: Singulari cum iucunditate inspectauimus Ci-
uium domicilia; nitidissimas illas, mundissimasq; ædes;
tanta elegantia instructas, vt ad eam vsq; diem, nec calca-
tæ pedibus, nec accessisse illuc quisquam mihi certè vide-
retur; Ad secundam vsq; noctis horam in quiete, & otio,
moram satis longam sustinuimus: Toto eo tempore, con-
tinuo motu, acclamatione, & frequenti vagantium stre-
pitu hic, & illic resonabant omnia: Cantu, Litanijs, va-
rijsq; alijs modulantium vocibus, completæ omnium au-
res, obsurdescebant: omnia demum ibi lacrymis, lamen-
tationibus, symphonijs, atq; suspirijs, mi frater permisce-
bantur: Inclinato Sole, adueniente iam nocte, luminibus
multis, quæ ad fenestras plateam versus, & ad fores pro-
tulerant Ciues, omnia benè, splendideq; collucebant Al-

bato-

batorum, & Disciplinatorum; aliorumq; frequentissima Peregrinorum agmina diu, noctuq; per Ciuitatem passim obuia, & vario habitu bellè se repręsentantia, longum nimis esset tibi quoq; referre. Secunda tandem instante hora, quod fuerat nobis, & patri præsertim, ægre valenti, tunc valdè molestum, (& si contradixisset ipse acriter, ad octauam vsque horam, imò esse quietem producendam, ex causis, quas dabat huius rei grauissimas) signo campanæ, quod moris nostri semper fuerat audito, collectis in eodem templo omnibus; prælatis, & prælucentibus nobis luminibus, & funalibus multis, magna aliorum hominum caterua stipati digredi è Ciuitate, versus Sacratissimæ Virginis aras, noua hilaritate, magisq; crescente pietatis ardore cępimus; Iter totum, quod erat duorum mille passuum, in Litanijs, Orationibus; & hymnis, sine in-
170 termissione perpetuò consumptum. Peruenimus tandem nudo capite omnes, summo mundi opificis ductu, ad optatum illud B. Mariæ Sacellum, totoq; orbe memorādum, paulò ante quartam intempestæ noctis horam: Primo eius aspectu, tot luminum splendore patefacto, nos ita commotos, itaq; intimis affectibus compunctos sensimus; vt ipsius B. Virginis adhuc viuentis præsentiam, quasi visuri, quodammodo reformidantes consisteremus: loco paulatim hærentes, sacello admirabili, & sanctitate rei sic fuimus vno momento permoti, atq; perterriti; vt eius ipsius aspectus pietate quadam, & admiratione incredibili animum, mentemq; nostram vehementer obruerit: E regione patentis sacelli, primùm eminus stantes, flexis ad terram genibus, puluereq; quam calcabamus à pluribus deosculata; flentibus, & lacrymantibus multis, iuxta magnam ligneam Crucem, è regione Pilarij etiam positam, humillimè, ac reuerenter tantum mysterium suspicientes; Mariæ semper Virginis Venerandas aras consalutauimus: Sa-

cellum ipsum, ea qua decuit pietate, religione, ac veneratione demum ingressi; Virginis Litanias, geminatis choris, aptè, atq; concinnè, mutuò sibi respondentibus suaui, canoraq; cum modulatione semper cantantes; precibus in fine à Senatore Humolio deuotissimè peractis, sic expetita visitatio agitur: Sacello egressi; nouem vicibus circum circa templum precibus, lacrymis, lamentationibus, planctis; & intimis compunctionibus omnia miscentes, Pere-
171 grinatio nostra conficitur, egregia satis pecuniarum eleemosina, à Baptista Boneto Prorectore, Societatis totius nomine elargita; & à Ciuibus ipsis eleemosinis colligendis præpositis, gratijs humanissimè actis; Iterum sacellum ingressi reliqua, quæ supererant orando, precesq; B. Virgini fundendo, deuotè admodum Peregrinationis tantæ fructum, quem optabamus, toto æuo iucundum deprecantes perfecimus: omnibus istis summa cum deuotione peractis; adeò vt pro pietate, & religioso, quo compungebamur animi studio, lacrymæ contineri vix possent, ob tanti mysterij nobilitatem ita mente pendentes; duabus iá & supra horis in precibus istis consumptis, quieti (sed frustra) dimissi fuere omnes: Interim alij tuguria multa, frundibus vndequaq; tecta, ibi constructa; alij tabernas Peregrinorum commodo extructus; alij B. Virginis sacrarium, tectaq; petunt; & perquirunt diligenter, num quieti, num otio, num laxamento, (perperam tamen) in tanto hominum fremitu, locus esse possit: Nonnulli in sacelli Cancellos pedem inferre in tanta gentium pressura, toto posse
172 contendunt: Illò cum alijs pater ingressus, diligenter singula, qua potuit cura perlustrat: Plurima ibi argumenta, varijs modis indicata, sacri mysterij vim, nobilitatemque declarabant: Multa passim miracula, in publicas tabellas, parietibus hinc, & inde affixas relata; multa magnifica dona; plurima ornamenta, & insignia multa muro vbiq; pendentia;

dentia; multa argentea vaſa; Lampades; & candelabra; aliaq; his longè pretioſiora viſa, & audita; tanti loci famā altè, mirabiliterq; concelebrabant: Veneranda illa porrò
173 B. Mariæ imago, leui velo ſublato, fuit nobis magna cum pietate, ab humaniſſimo Clerico, cui ſacelli cura commiſſa erat, ſpectanda detecta; & vno tempore patri, picturæ non prorſus ignaro, (remota preſſura) promiſſa vera illius effingenda deſcriptio; omni tamen momento, opportunitate labente, condoluit tantæ iacturæ pater: Illa demum tanta maieſtatem magnam, atq; venerationem omnibus vndequaq; repręſentantia, admirari magis, ac magis quiſ-
174 que non deſinebat: Ibi tanta populi multitudo; tanta hominum turba; tanta diſciplinatorum ſe acriter flagellantium, & ſanguinem poſt terga mittentium caterua. Tanta Virginum, & Societatum hinc, & illinc per ſingulas vias, & loca aduentantium agmina: Tantus Peregrinorum cętus, & numerus ſacellum illud vndequaq; cingentium viſus; dum nouenas pro tempore omnes, ſummo cultu, ac deuotione ibi peragerent; vt tamquam lineæ, à circumferentia ad centrum ſuum ductæ, ad templum illud celeberrimum, & memorandum accedere quacunque parte viderentur. Tantæ exauditæ canentium voces; tantæ ad Virginem comprecationes; tanti modulantium chori; tantæq; Litaniarum recitationes; vt in terreſtri velut Paradiſo locati, quiete neglecta, cantu, lacrymis, clamoreq; magno perſonarent vndiq; omnia: Adeò vt Iſaias Propheta cap. 13. tunc aures etiā noſtras implere videretur, vox multitudinis in montibus; quaſi populorum frequentium, vox ſonitus Regum, & gentium congregatarum: Tot, tantaq; inſuper viſa lumina, funalia, & faces; vt ſtellatum fulgentiſſimis ſideribus cęlum, in terris tunc adeſſe, omnino videretur; Ratum certè mi frater, nouum, & memorabile factum, omnibus gentibus, populiſq; literis; & voce omni

æuo prædicandum: Nil præter Kyrieleison; præter ora pro nobis; & præter, Sancta Maria, ingenti cum fremitu, atq; clamore exaudiri tota nocte poterat; adeò vt pernoctantes ibi, inuigilantesq; ferè omnes, varia illa mysteria contemplando, totam noctem insomnem pertransire oportuerit. Aduentante autem aurora, vbi primùm Missæ celebrari cęperunt; modò ab istis, modò ab illis reuerenter, atq; deuotè sacra audita, & postquam dies nobis illuxit, multi, nec tamen omnes, recreari sacro Eucharistiæ sacramento, vrgente turba, tãtamq; ob gentium pressuram, vix potuerunt: Omnibus ita, Deo iuuante peractis, & perlustratis tanti loci mysterijs, ac alijs, quæ videri commodè quiuerunt inspectis; colligi cęperunt vno momento omnes: & paulatim Deiparæ Virginis simulacro prælato, iterum sacello, & aris humillimè salutatis, intuendi, contemplandiq; sacietate minimè remissa, receptui cecinere cuncti. Illum igitur locum, fama tanta nobilitatum deserentes; Recedentes iam, & terga vertentes; oculis sæpè in admirandũ illud sacellum adhuc reiectis, vidimus satis magnam Disciplinatorum Sodalitatem, è proximo colle, austrum versus descendentem; quam multa sequebatur virorum, & mulierum turba; postque eos omnes egregium equorum, & mulorum numerum; ligna, postes, trabes, aliaq; his similia dona, (viridi singulo oneri apposito ramo) ferentem; & magna omnes alacritate canentes, & cęptæ iam, ac futuræ fabricæ illa omnia B. Mariæ offe-
175 rentes. Rectà ad Montemregalem reuersi, eandem, quam antea secuti sumus Sauilliani viam, tamquam vmbra, fontibus, aquarum copia, & omni amęnitate, altera Clarascum ducente, longè commodiorem; In quo quidem regressu, maiorem, quàm antea festinationem, omni celeritate adhibendam constituimus: In Monteregali à Reue-
176 rendiss. Religiosissimoq; Io. Antonio Castrucio, fortuna-

tissimo

tiſſimo illius Ciuitatis Epiſcopo, benedicti omnes, ſumma cum charitate, & beneuolentia, in Cathedrali Eccleſia fuimus: Illinc mi frater, tum ab eminentiſſimo Præſule,
177 cum quo ſecreta de hiſtoria conſcribenda colloquia habuit pater; cum etiam alijs multis, & in ſacello etiam B. Virginis Vici diligenter percunctari, & inueſtigare multorum veritatem, fidemq; cępimus, & vbi vno ore loqui nouimus omnes, quæ ab omnibus comprobata, & vera depręhendimus, tibi integra fide, mi Alexander deſcribo. At quæ in tam diuturna hactenus obſcuritate latuerunt, ſic explicare, ſic aperire conabor, vt ea manibus tenere, & cernere oculis iam quiſq; videatur. Illud primùm tradide-
178 runt vna voce, vulgoq; oẽs, patrum, & auorum ſuorũ memoria, centũ iam, & ſex annis ante decurſis, Quendã laterũ fornacariũ, cuius nomen tpis iniuria deleuit, (& ſi alij hoc fornacarijs plurib. tradãt) Præfecti vrbis Montisregalis imperio iuſſũ, vt fornaci ignẽ ſubmitteret, Arcis Vici collabẽtis reparandæ, reſtaurandæq; cauſa; cùm ignẽ excipere fornax ſępe nequiret, męſtum iam, & deſperationi proximum, à propria filia, puella adhuc, & Virgine monitum, vt Mariæ glorioſiſſimæ voueret, ſe Pilarium in eius Virginis gratiam, & memoriam extructurum, ſi admotus ſæpe ignis tandem accenderetur: His blandis filiæ monitis nequaquam ſpretis, vouiſſe patrem; ignę admoto ſtatim, & ocyſſimè fornacem ignem concepiſſe; maximas excreuiſſe flammas, & lateres breui momento decoctos; votum reddidiſſe patrem, Pilarium fabricatum, atq; depictum: Illo inſuper auctum fornacarium pręmio, commodoq; tradunt; vt tertia tantum lignorum parte ſubmiſſa, quam alij apponere conſueuerant, proprias laterum fornaces, mirabiliter in poſterum ſolus ipſę decoxerit; Talem itaq; eius rei memoriam, per manus traditam, poſteritati maiores illi reliquere: Ab ea autem die quadam ſemper

exti-

extitisse, & perdurasse pietatis, ac religionis ad eum locū
argumenta feruntur; donec ita latenti quodam incom-
prehensibiliq; superum iudicio, in apricum tanta arcana
179 venere; Cùm sic illo summo huius amplissimæ molis ar-
chitecto, cui secreta omnia patent, iubente; prima Apri-
lis huius memorabilis anni 1595. hebdomada, velut lon-
go tempore, inter calidos cineres fouentem abditi ignis
sintillam; magno, & improuiso hiatu, in maximam flam-
mam errupisse, anteq; mortalium oculos mirabiliter eua-
180 gatum, tantum mysterium intelleximus. Pilarium autem,
mi frater, vt antea tibi indicata pateant; vt & nos vidi-
mus, certissimeq; intelleximus; Moles est lateribus multis
constructa, lata potius, quam quadrata; magnæ tabellæ
formā referens; In Vici agro posita; tringentis passibus, vel
circa ab eo loco distans; à Mōteregali duobus mille passib.
& in vallis rotūdæ (Bargognesca vulgò dictę) centro loca-
ta; Eā tm̄ parte, qua meridiē vergit, nobilissima illa B. Vir-
ginis imagine elegāter admodū picta; Altitudinis cubitorū
sex, latitudinis quatuor vel minus. Iacet in loco, læta
collium amęnitate, & pulchritudine; omni ex parte illam
cingente, valdè conspicuo: Circum circa sacellum, ma-
gna multorum passuum planicies, in longitudinem, lati-
tudinemq; amplissimè protensa. Ibi gloriosissimæ Chri-
181 sti matris Mariæ imaginem ea forma, quam antea indi-
cauit pater, depictam intuiti sumus; Virginem matrem se-
dentem, & contemplantem, Infantulum filium in sinu
dextro super brachio tenentem, fixisq; oculis intuentem;
ac puerum Iesum leui veste indutum, iunctis palmis ętera
suspicientem, tanquam orantem, in matris suæ gremio
sedentem; nuper eorum capitibus aditis pretiosis gemma-
rum coronis. Ea nocte pater, quia quam meditatus, ani-
moq; conceperat, aliquorum dierum moram, cunctatio-
nemq; sustinere ibi non poterat: cereis candelis accensis,

per

per rimulas ad amuſsim, & diligenter Pilarij, denſiſsimis poſtium iunctutis conuerſa parte ſepti, & interclusi formam, ſtatumq; obſeruare oculis cępit; & in poſtera parte, picturæ nihil omnino deprehenſum; ſed nuda laterum ſtructura compactum: Tantæ autem tamq; arctæ interclusionis cauſam ſiſcitanti, reſponſum à multis fuit, id eá ratione factum, ne tanta Pilarij moles Peregrinorum, aliarumq; gentium minuta exportatione corroſum; collapsũ,
182 vel certè mancũ fortè non euaſiſſet: Cùm illud etiam inter miracula traderetur; hominem quendam, Pilarij laterem iam exportantem, & latenti de cauſa vlterius progredi nõ valentem; latere remiſſo, in priſtinoque loco repoſito, hoſpitem euaſiſſe, cęptiq; itineris impedimenta, rei myſterio intellecto, alacri animo ſuperaſſe. Pilariũ autem ipſum,
183 nunc quadrato ſacello, ſex paſſuum tantum latitudine, longitudineq; omni parte prouiſionaliter conſtructo, & ante aras aperto, pro picta tabula ſuper aras ipſas locatum; adeò vt omnibus exhibeat venerandum, in medio altaris proſpectum. Ante ſacellum amplioris longitudinis, & latitudinis tectum, omni parte apertum, Peregrinantium colligendorum cauſa aditum. Multa ibi vidimus, ad maximum extruendum templum parata; ligna, trabes, calcem, laterum fornaces; & omnium penè neceſſariarum rerum copioſam materiam: fundamenta quoq; ſat magni, & celſi tẽpli deſignata; nil tamen præter chorum, ſiue exedram, duaſq; hinc inde capellas, & laterum fornices choro hærentes, ad tectum vſq; erectas; At maiorem, longeq; ampliorẽ nouę Baſilicæ formã, iã meditari nouimus illi myſterio præſidentes: Rem ita infectam, atq; iacentem, nul-
184 lo tunc operante fabro, vidimus. Vidimus etiam poſtium caſulas, ad offerentium dona, eleemoſinaſq; colligendas, propè ſacellum extructas; aliaſq; ad cereas imagines, cereaſq; candelas, & faces vendendas pulchrè paratas. Maxi-

mam

185 mam ibi vidimus pecuniarum quantitatem; & ad eum vſque diem (dictu mirabile) audiuimus, plus triginta millia aureorum iam elargita; totidem, & plus aliorum munerũ eleemoſinas; veſtium; omnis generis ornamentorum ex ſerico, & auro etiam intextorum, ad altaris, totiuſq; templi decorum apparatum magnificentiſſimè, & ſplendidiſſimè quo quo tempore exornandum; mobilium; aurearũ torquium; annulorum, adamantium, gemmarum, margaritarum, & argenteorum vaſorum pretioſiſſima, ſuperbaq; dona, magnificè, & affabrè cęlata, (corintia velut vaſa) omnibus admirationem magnam, & nouam afferen-
186 tia: Taceo magna funalium, & cereorum pondera è ſacelli templo, & muris denſiſſimè pendentia; cæteraſq; Peregrinorum, & viatorum exuuias; omnia tecti proſpectum, totoſq; parietes omni parte obtegentia; omitto naues, triremiumq; formas è tecto, & muris, varijs in locis etiam ſuſpenſas: omitto innumerabiles illas, & pictas vouentium tabellas, hic & illic affixas: alia quoque multa à me viſa, & ſupra relata prætereo; quæ longum nimis eſſet, dilectiſſimè frater, in tanta rerum varietate, tibi plenè enarrare; vnde autem origo tanta ſit horum enata, altius paululum in miraculorum theatro exordiemur. At ne in tedium fortè prorumpat oratio mea, cęptum iam Peregrinationis noſtræ iter, quæſo ſequamur: Te autem mecum, velut manu appręhenſum, ad Montemregalem, (vt memini) paulò ante deduxeram: Ilinc autem, eodem die recedentes, & è Ciuitatis platea deſcendentes, numeroſiſſimas offendimus Hyporrediæ ſocietates, è ſuburbijs ad Ciuitatem vſq; longa mulierum, & virorum, ſuo ordine progredientium ſerie, protenſas; quas Religioſiſs. Cæſar Ferrerius, illius Ciuitatis Antiſtes, in cana iam ætate, ad longum tam iter inſolita, cum vniuerſo Clero, ſumma
187 cum pietate, atq; benignitate pedibus comitabatur: Illud

cum

cum iucunditate non leui inspeximus, sacra Passionis Christi mysteria, ab vno societatum ordine, reuerenter certè prælata: Alius enim Crucem; vnus clauos; alius coronam ex spinis intextam; alius hastam, qua vulnus lateri Christo inflictum; alij alia suo ordine bini, portabant tanti mysterij symbola: Iter Sauillianum versus ingressi, fessus longo itinere pater, equum à famulo ductum ascendit; meq; secum post sellam, & terga excepit; cùmq; paululum progressi, puellam vehementer quoq; defessam, me relicto, atq; deposito; humanitatem, charitati paternæ præferens, secum in equo accepisset, memorabile mihi contigit factum; Duci post reditum in
188 epulis enarratum, & inter miracula verè referendum; Nam cùm currum, octo mulieribus pressum, patre iubente, (& si inuitus tamquam præsentis infortunij præsagus) ascendissem, nescio quo fato, è curru progrediente delapsus; dum sic in terra iacentem, me præterit currus, tanto onere pressus; & dum conteri miserè credo, B.Mariæ Vici præsidio inuocato, illęsus, leui accepta offensa, mi frater euado: Illud porrò non possum;
189 nisi magna cum admiratione, stuporeque recensere; quod retulit singulari cum pietate pater; quòd cùm sibi tantùm cum duobus, non leues intercessissent aliquo tempore simultates, casu fuisse illos in Peregrinatione additos Societatis Comites; & omnes B. Virginis numine sublatas, ac aliorum quoque cum alijs amputatas, latentis odij radices; Rara, & pretiosa quidem, tantæ Peregrinationis mysteria. At quia æstuante tunc grauiter Sole, puluereque infestante, quinque iam dierum spatia sustinentes, ex itinere multi defatigati conspiciebantur; alijs animi, totiusque corporis laxamenta, nónnullis membra effracta allegantibus; alijs pedibus,

ex bullis, quas insolita illa longitudine contraxerant laborantibus; partim currubus; partim Rheda; partim equis, quos multi adduci curauerunt, vti cæperunt; adeò vt regressus spem ita festinam multi desperarent; corporis tamen incommoda, animi lætitia superante, cęlerius omnium opinione, sequenti Sabbati die, decem mille passibus ante prandium Raconisio confectis, ad Montemcalerium insperatè certè, meridie applicuimus: Ibi prandio, & quiete potiti per geminas horas
190 constitimus omnes; vbi Ant. Horatius Gromius illius Prouinciæ Præfectus, summa cum benignitate, maiorum suorum propria Augustinum Sicardum Cameræ Magistrum, & Ducalium rationum dispunctorem; ac nos etiam opiparè certè, pretiosoque vino, amicè refecit. Prandio sumpto, consueto progredientes ordine, rectà Taurinorum Augustam montes versus, iter peregimus, & mira cum alacritate omnes, relata B. Virginis insignia, magna semper cum pompa delata; venerationem, & maiestatem magnam eminus, & omnibus repræsentantia, Deo nobis semper fauente, comitati: ingenti nos inspectante, & collaudante Nobilium, Ciuiumque frequentia, in crepusculo memorandus noster fuit die 23. Septembris in vrbem regressus: D.
191 Ioannis ęde, Sanctissimæque Syndonis aris inuisis; Litanias, Hymnos, Preces, & Psalmos, consueto more dicentes, ad D. Dominici templum, B. Mariæ simulacro relato; Oratorium ingressi, gratijs pro viribus omnipotenti Deo, gloriosæque semper Virgini tutelari patronæ nostræ peractis, magna omnes alacritate digressi, memoranda Peregrinatio nostra, nostris annalium monumentis verè referenda, bonis quod semper fit auibus, sic optatissimè cessit, raroque exemplo nobis; hæc

& pia multorum officia, tibi ſuſpicienda referre; dum multos infirmos, aridos, corporeque diſtortos aliorum dorſo portari, taliaque onera baiulorum more deferri, quandoque conſpiciebamus: Poſſem, & numeroſam illam iumentorum, & curruum, Rhedarum more obtectorum frequentiam, eſui, potuique neceſſaria; ſtragulas, grabatos, & periſtromata portantem; Infantulis, Puellis; omni hominum, & ægrotorum genere onuſtam, alterum, & numeroſiſsimum, benè tamen valentium filiorum Iſrael exilium, à Pharaone Rege excitatum, quodammodo repræſentantem, & ſi omnia iam indicata, latius tibi hoc loco explicare.
196 Sed cur tanta? Cùm ex ſingulis oppidis, & vicis tantam prodijſſe intellexerimus gentium manum, vt proprijs ædibus, laribuſque relictis, domibus obſerratis iacentes in aruis fruges, & ſemina deſerentes, certatim ad tantam Peregrinationem euolaſſe, referrent omnes; vt poſt omnium hominum memoriam, talia nec viſa, nec audita, ad noſtra vſque tempora intellexerimus? Nouum certè mi frater, & magnum æterni Dei myſterium: Quid de tuo nunc itinere, quid de his, quæ tibi in via quoque contigerunt, Alexander adducis? Dic quæſo, quæ vidiſti, & obſeruaſti ſingula, vt maiori fide nitatur oratio noſtra; magiſque illa paterna monita impleamus. *Alex.* Rectè hactenus generosè frater, te in hac rerum, diuinarumque laudum palęſtra exercuiſti; perbellè in Scena luſiſti; & benè certè, Rhetorumque more tonas, & fulminas; At tanta demonſtrata, in hac tua cum Patre Peregrinatione diligentia, omnem dicendi anſam prorſus mihi præripuiſſe videtur; Referam tamen, quæ ſuppetent pauca libenter; Tantum quoque populorum concurſum vidi, tanta Peregrinorum agmina, & alia

multa,

more solito habitas quietem, ac prandium quæsiere om-
168 nes: Affinibus, cæterisque familiaribus relictis, Camilli
Beccariæ Iureconsulti ornatissimi ędes, sine mora libereq́;
petiuimus: Magna humanitate præclarus ille, raræq́; probitatis vir, intimus patris Compater, vt moris sui est, no-
169 biscum toto tempore eundo, & redeundo egit; Ciuium quam vidimus alacritatem, & summam benignitatem, tāto sanguine dignam, Alexander mi frater, non possum, nisi vehementer admirari: Plerosq; nostræ Societatis Peregrinos, inuitosq́; etiam, & diu, modestissimeq́; recusantes, nouis humanitatis studijs ab ipsis complexos; superbè, & opiparè, ea quæ optari poterat magnificentia, collectos audiuimus: Nouam conspeximus in ipsis affabilitatem, nouam beneuolentiam; nouam charitatem, & maximam in omnibus animi gratulationem; vt nobiscum humana, & suauis esset omnis eorum salutatio; Varios audiuimus factos à multis eo tempore apparatus; ornata ad magnificentiam magnam multorum cubicula, vt forensium aduentum maiori splendore augerent, & concelebrarent: Singulari cum iucunditate inspectauimus Ciuium domicilia; nitidissimas illas, mundissimasq́; ædes; tanta elegantia instructas, vt ad eam vsq; diem, nec calcatæ pedibus, nec accessisse illuc quisquam mihi certè videretur; Ad secundam vsq; noctis horam in quiete, & otio, moram satis longam sustinuimus: Toto eo tempore, continuo motu, acclamatione, & frequenti vagantium strepitu hic, & illic resonabant omnia: Cantu, Litanijs, varijsq́; alijs modulantium vocibus, completæ omnium aures, obsurdescebant: omnia demum ibi lacrymis, lamentationibus, symphonijs, atq; suspirijs, mi frater permiscebantur: Inclinato Sole, adueniente iam nocte, luminibus multis, quæ ad fenestras plateam versus, & ad fores protulerant Ciues, omnia benè, splendideq́; collucebant Albato-

batorum, & Disciplinatorum; aliorumq; frequentissima Peregrinorum agmina diu, noctuq; per Ciuitatem passim obuia, & vario habitu bellè se repræsentantia, longum nimis esset tibi quoq; referre. Secunda tandem instante hora, quod fuerat nobis, & patri præsertim, ægre valenti, tunc valdè molestum, (& si contradixisset ipse acriter, ad octauam vsque horam, imò esse quietem producendam, ex causis, quas dabat huius rei grauissimas) signo campanæ, quod moris nostri semper fuerat audito, collectis in eodem templo omnibus; prælatis, & prælucentibus nobis luminibus, & funalibus multis, magna aliorum hominum caterua stipati digredi è Ciuitate, versus Sacratissimæ Virginis aras, noua hilaritate, magisq; crescente pietatis ardore cępimus; Iter totum, quod erat duorum mille passuum, in Litanijs, Orationibus; & hymnis, sine in-
170 termissione perpetuò consumptum. Peruenimus tandem nudo capite omnes, summo mundi opificis ductu, ad optatum illud B. Mariæ Sacellum, totoq; orbe memorãdum, paulò ante quartam intempestæ noctis horam: Primo eius aspectu, tot luminum splendore patefacto, nos ita commotos, itaq; intimis affectibus compunctos sensimus; vt ipsius B. Virginis adhuc viuentis præsentiam, quasi visuri, quodammodo reformidantes consisteremus: loco paulatim hærentes, sacello admirabili, & sanctitate rei sic fuimus vno momento permoti, atq; perterriti; vt eius ipsius aspectus pietate quadam, & admiratione incredibili animum, mentemq; nostram vehementer obruerit: E regione patentis sacelli, primùm eminus stantes, flexis ad terram genibus, puluereq; quam calcabamus à pluribus deosculata; flentibus, & lacrymantibus multis, iuxta magnam ligneam Crucem, è regione Pilarij etiam positam, humillimè, ac reuerenter tantum mysterium suspicientes; Mariæ semper Virginis Venerandas aras consalutauimus: Sa-

H cellum.

cellum ipsum, ea qua decuit pietate, religione, ac veneratione demum ingressi; Virginis Litanias, geminatis choris, aptè, atq; concinnè, mutuò sibi respondentibus suaui, canoraq; cum modulatione semper cantantes, precibus in fine à Senatore Humolio deuotissimè peractis, sic expetita visitatio agitur: Sacello egressi, nouem vicibus circum circa templum precibus, lacrymis, lamentationibus, planctis; & intimis compunctionibus omnia miscentes, Pere-
171 grinatio nostra conficitur, egregia satis pecuniarum eleemosina, à Baptista Boneto Prorectore, Societatis totius nomine elargita; & à Ciuibus ipsis eleemosinis colligendis præpositis, gratijs humanissimè actis; Iterum sacellum ingressi reliqua, quæ supererant orando, precesq; B. Virgini fundendo, deuotè admodum Peregrinationis tantæ fructum, quem optabamus, toto æuo iucundum deprecantes perfecimus: omnibus istis summa cum deuotione peractis; adeò vt pro pietate, & religioso, quo compungebamur animi studio, lacrymæ contineri vix possent, ob tanti mysterij nobilitatem ita mente pendentes; duabus iá & supra horis in precibus istis consumptis, quieti (sed frustra) dimissi fuere omnes: Interim alij tuguria multa, frundibus vndequaq; tecta, ibi constructa; alij tabernas Peregrinorum commodo extructus; alij B. Virginis sacrarium, tectaq; petunt; & perquirunt diligenter, num quieti, num otio, num laxamento, (perperam tamen) in tanto hominum fremitu, locus esse possit: Nonnulli in sacelli Cancellos pedem inferre in tanta gentium pressura, toto posse
172 contendunt: Illò cum alijs pater ingressus, diligenter singula, qua potuit cura perlustrat: Plurima ibi argumenta, varijs modis indicata, sacri mysterij vim, nobilitatemque declarabant: Multa passim miracula, in publicas tabellas, parietibus hinc, & inde affixas relata; multa magnifica dona; plurima ornamenta, & insignia multa muro vbiq; pendentia;

dentia; multa argentea vasa; Lampades; & candelabra; aliaq; his longè pretiosiora visa, & audita; tanti loci famã altè, mirabiliterq; concelebrabant: Veneranda illa porrò
173 B.Mariæ imago, leui velo sublato, fuit nobis magna cum pietate, ab humanissimo Clerico, cui sacelli cura commissa erat, spectanda detecta; & vno tempore patri, picturæ non prorsus ignaro, (remota pressura) promissa vera illius effingenda descriptio; omni tamen momento, opportunitate labente, condoluit tantæ iacturæ pater: Illa demum tanta maiestatem magnam, atq; venerationem omnibus vndequaq; repręsentantia, admirari magis, ac magis quisque
174 quenon desinebat: Ibi tanta populi multitudo; tanta hominum turba; tanta disciplinatorum se acriter flagellantium, & sanguinem post terga mittentium caterua. Tanta Virginum, & Societatum hinc, & illinc per singulas vias, & loca aduentantium agmina: Tantus Peregrinorum cętus, & numerus sacellum illud vndequaq; cingentium visus; dum nouenas pro tempore omnes, summo cultu, ac deuotione ibi peragerent; vt tamquam lineæ, à circumferentia ad centrum suum ductæ, ad templum illud celeberrimum, & memorandum accedere quacunque parte viderentur. Tantæ exauditæ canentium voces; tantæ ad Virginem comprecationes; tanti modulantium chori; tantæq; Litaniarum recitationes; vt in terrestri velut Paradiso locati, quiete neglecta, cantu, lacrymis, clamoreq; magno personarent vndiq; omnia: Adeò vt Isaias Propheta cap. 13. tunc aures etiã nostras implere videretur; vox multitudinis in montibus; quasi populorum frequentium, vox sonitus Regum, & gentium congregatarum: Tot, tantaq; insuper visa lumina, funalia, & faces; vt stellatum fulgentissimis sideribus cęlum, in terris tunc adesse, omnino videretur; Ratum certè mi frater, nouum, & memorabile factum, omnibus gentibus, populisq; literis, & voce omni

æuo prædicandum: Nil præter Kyrieleison; præter ora pro nobis; & præter, Sancta Maria, ingenti cum fremitu, atq; clamore exaudiri tota nocte poterat; adeò vt pernoctantes ibi, inuigilantesq; ferè omnes, varia illa mysteria contemplando, totam noctem insomnem pertransire oportuerit. Aduentante autem aurora, vbi primùm Missæ celebrari cęperunt; modò ab istis, modò ab illis reuerenter, atq; deuotè sacra audita, & postquam dies nobis illuxit, multi, nec tamen omnes, recreari sacro Eucharistiæ sacramento, vrgente turba, tātamq; ob gentium pressuram, vix potuerunt: Omnibus ita, Deo iuuante peractis, & perlustratis tanti loci mysterijs, ac alijs, quæ videri commodè quiuerunt inspectis; colligi cęperunt vno momento omnes: & paulatim Deiparæ Virginis simulacro prælato, iterum sacello, & aris humillimè salutatis, intuendi, contemplandiq; sacietate minimè remissa, receptui cecinere cuncti. Illum igitur locum, fama tanta nobilitatum deserentes; Recedentes iam, & terga vertentes; oculis sæpè in admirandū illud sacellum adhuc reiectis, vidimus satis magnam Disciplinatorum Sodalitatem; è proximo colle, austrum versus descendentem; quam multa sequebatur virorum, & mulierum turba; postque eos omnes, egregium equorum, & mulorum numerum; ligna, postes, trabes, aliaq; his similia dona, (viridi singulo oneri apposito ramo) ferentem; & magna omnes alacritate canentes, & cęptæ iam, ac futuræ fabricæ illa omnia B. Mariæ offe-
175 rentes. Rectà ad Montemregalem reuersi, eandem, quam antea secuti sumus Sauilliani viam, tamquam vmbra, fontibus, aquarum copia, & omni amęnitate, altera Clarascum ducente, longè commodiorem; In quo quidem regressu, maiorem, quàm antea festinationem, omni celeritate adhibendam constituimus: In Monteregali à Reue-
176 rendiss. Religiosissimoq; Io. Antonio Castrucio, fortunatissimo

tiſſimo illius Ciuitatis Epiſcopo, benedicti omnes, ſumma cum charitate, & beneuolentia in Cathedrali Eccleſia fuimus. Illinc mi frater, tum ab eminentiſſimo Præſule,
177 cum quo ſecreta de hiſtoria conſcribenda colloquia habuit pater; cum etiam alijs multis, & in ſacello etiam B. Virginis Vici diligenter percunctari; & inueſtigare multorum veritatem, fidemq; cępimus, & vbi vno ore loqui nouimus omnes, quæ ab omnibus comprobata, & vera depręhendimus, tibi integra fide, mi Alexander deſcribo. At quæ in tam diuturna hactenus obſcuritate latuerunt, ſic explicare, ſic aperire conabor, vt ea manibus tenere, & cernere oculis iam quiſq; videatur. Illud primùm tradide-
178 runt vna voce, vulgoq; oés, patrum, & auorum ſuorú memoria; centú iam, & ſex annis ante dęcurſis. Quendá laterú fornaçariú, cuius nomen tpis iniuria deleuit, (& ſi alij hoc fornacarijs plurib. tradát) Præfecti vrbis Montisregalis imperio iuſsú, vt fornaci igně ſubmitteret, Arcis Vįçi collabětis reparandæ, reſtaurandæq; cauſa; cùm igně excipere fornax ſępe nequiret, męſtum iam, & deſperationi proximum, à propria filia, puella adhuc, & Virgine monitum, vt Mariæ glorioſiſſimæ vouerect, ſe Pilarium in eius Virginis gratiam, & memoriam extructurum, ſi admotus ſæpe ignis tandem accenderetur: His blandis filiæ monitis nequaquam ſpretis, vouiſſe patrem; igne admoto ſtatim, & ocyſſimè fornacem ignem concepiſſe; maximas excreuiſſe flammas, & lateres breui momento decoctos; votum reddidiſſe patrem, Pilarium fabricatum, atq; depictum: Illo inſuper auctum fornacarium premio, commodoq; tradunt; vt tertia tantum lignorum parte ſubmiſſa, quam alij apponere conſueuerant, proprias laterum fornaces, mirabiliter in poſterum ſolus ipſe decoxerit; Talem itaq; eius rei memoriam, per manus traditam, poſteritati maiores illi reliquere: Ab ea autem die quædam ſemper

exti-

extitisse, & perdurasse pietatis, ac religionis ad eum locũ argumenta feruntur; donec ita latenti quodam incomprehensibiliq; superum iudicio, in apricum tanta arcana
179 venere; Cùm sic illo summo huius amplissimæ molis architecto, cui secreta omnia patent, iubente; prima Aprilis huius memorabilis anni 1595. hebdomada, velut longo tempore, inter calidos cineres fouentem abditi ignis scintillam; magno, & improuiso hiatu, in maximam flammam errupisse, anteq; mortalium oculos mirabiliter eua-
180 gatum, tantum mysterium intelleximus. Pilarium autem, mi frater, vt antea tibi indicata pateant; vt & nos vidimus, certissimeq; intelleximus; Moles est lateribus multis constructa, lata potius, quam quadrata; magnæ tabellæ formã referens; In Vici agro posita; tringentis passibus, vel circa ab eo loco distans; à Mõteregali duobus mille passib. & in vallis rotũdæ (Bargognesca vulgò dictę) centro locata; Eã tm̃ parte, qua meridiẽ vergit, nobilissima illa B. Virginis imagine elegãter admodũ picta; Altitudinis cubitorũ sex, latitudinis quatuor vel minus. Iacet in loco, læta collium amęnitate, & pulchritudine; omni ex parte illam cingente, valdè conspicuo: Circum circa sacellum, magna multorum passuum planicies; in longitudinem, latitudinemq; amplissimè protensa. Ibi gloriosissimæ Chri-
181 sti matris Mariæ imaginem ea forma, quam antea indicauit pater, depictam intuiti sumus; Virginem matrem sedentem, & contemplantem, Infantulum filium in sinu dextro super brachio tenentem, fixisq; oculis intuentem; ac puerum Iesum leui veste indutum, iunctis palmis ętera suspicientem, tanquam orantem, in matris suæ gremio sedentem; nuper eorum capitibus aditis pretiosis gemmarum coronis. Ea nocte pater, quia quam meditatus, animoq; conceperat, aliquorum dierum moram, cunctationemq; sustinere ibi non poterat: cereis candelis accensis,

per

per rimulas ad amussim, & diligenter Pilarij, densissimis postium iunctutis conuersa parte septi, & interclusi formam, statumq; obseruare oculis cępit; & in postera parte, picturæ nihil omnino deprehensum; sed nuda laterum structura compactum: Tantæ autem tamq; arctæ interclusionis causam sciscitanti, responsum à multis fuit; id eâ ratione factum, ne tanta Pilarij moles Peregrinorum, aliarumq; gentium minuta exportatione corrosum; collapsũ,
182 vel certè mancũ fortè non euasisset: Cùm illud etiam inter miracula traderetur, hominem quendam, Pilarij laterem iam exportantem, & latenti de causa vlterius progredi nõ valentem; latere remisso, in pristinoque loco reposito, hospitem euasisse, cęptiq; itineris impedimenta, rei mysterio intellecto, alacri animo superasse. Pilariũ autem ipsum,
183 nunc quadrato sacello, sex passuum tantum latitudinẽ, longitudineq; omni parte prouisionaliter constructo, & ante aras aperto, pro picta tabula super aras ipsas locatum; adeò vt omnibus exhibeat venerandum, in medio altaris prospectum. Ante sacellum amplioris longitudinis, & latitudinis tectum, omni parte apertum, Peregrinantium colligendorum causa aditum. Multa ibi vidimus, ad maximum extruendum templum parata; ligna, trabes, calcem, laterum fornaces, & omnium penè necessariarum rerum copiosam materiam: fundamenta quoq; sat magni, & celsi tẽpli designata; nil tamen præter chorum, siue exedram, duasq; hinc inde capellas, & laterum fornices choro hærentes, ad tectum vsq; erectas; At maiorem, longeq; ampliorẽ nouę Basilicæ formã, iã meditari nouimus illi mysterio præsidentes: Rem ita infectam, atq; iacentem, nul-
184 lo tunc operante fabro, vidimus. Vidimus etiam postium casulas, ad offerentium dona, eleemosinasq; colligendas, propè sacellum extructas; aliasq; ad cereas imagines, cereasq; candelas, & faces vendendas pulchrè paratas. Maxi-

185 mam ibi vidimus pecuniarum quantitatem, & ad eum
vsque diem (dictu mirabile) audiuimus, plus triginta millia
aureorum iam elargita; totidem, & plus aliorum munerũ
eleemosinas; vestium; omnis generis ornamentorum ex
serico, & auro etiam intextorum, ad altaris, totiusq; tem-
pli decorum apparatum magnificentissimè, & splendidis-
simè quo quo tempore exornandum; mobilium; aurearũ
torquium; annulorum, adamantium, gemmarum, mar-
garitarum, & argenteorum vasorum pretiosissima, super- 82
baq; dona, magnificè, & affabrè cęlata, (corintia velut va-
sa) omnibus admirationem magnam, & nouam afferen-
186 tia: Taceo magna funalium, & cereorum pondera è sa-
celli templo, & muris densissimè pendentia; cæterasq; Pe-
regrinorum, & viatorum exuuias; omnia tecti prospe-
ctum, totosq; parietes omni parte obtegentia; omitto na- 83
ues, triremiumq; formas è tecto, & muris, varijs in locis
etiam suspensas: omitto innumerabiles illas, & pictas vo-
uentium tabellas, hic & illic affixas: alia quoque multa à
me visa, & supra relata prætereo; quæ longum nimis esset,
dilectissimè frater, in tanta rerum varietate, tibi plenè
enarrare; vnde autem origo tanta sit horum enata, altius
paululum in miraculorum theatro exordiemur. At ne in
tedium fortè prorumpat oratio mea, cęptum iam Pere-
grinationis nostræ iter, quæso sequamur: Te autem me-
cum, velut manu appręhensum, ad Montemregalem, (vt
memini) paulò ante deduxeram: Illinc autem, eodem die
recedentes, & è Ciuitatis platea descendentes, numerosis-
simas offendimus Hyporrediæ societates, è suburbijs ad
Ciuitatem vsq; longa mulierum, & virorum, suo ordine
progredientium serie, protensas; quas Religiosiss. Cæsar
Ferrerius, illius Ciuitatis Antistes, in cana iam ætate, ad
longum tam iter insolita, cum vniuerso Clero, summa
187 cum pietate, atq; benignitate pedibus comitabatur: Illud

cum iucunditate non leui inſpeximus, ſacra Paſſionis Chriſti myſteria; ab vno ſocietatum ordine, reuerenter certè prælata: Alius enim Crucem; vnus clauos; alius coronam ex ſpinis intextam; alius haſtam, qua vulnus lateri Chriſto inflictum; alij alia ſuo ordine bini, portabant tanti myſterij ſymbola: Iter Sauillianum verſus ingreſſi, feſſus longo itinere pater, equum à famulo ductum aſcendit; meq; ſecum poſt ſellam, & terga excepit; cùmq; paululum progreſſi, puellam vehementer quoq; defeſſam, me relicto, atq; depoſito; humanitatem, charitati paternæ præferens, ſecum in equo accepiſſet, memorabile mihi contigit factum; Duci poſt reditum in
188 epulis enarratum, & inter miracula verè referendum; Nam cùm currum, octo mulieribus preſſum, patre iubente, (& ſi inuitus tamquam præſentis infortunij præſagus) aſcendiſſem, neſcio quo fato, è curru progrediente delapſus; dum ſic in terra iacentem, me præterit currus, tanto onere preſſus; & dum conteri miſerè credo, B. Mariæ Vici præſidio inuocato, illęſus, leui accepta offenſa, mi frater euado: Illud porrò non poſſum,
189 niſi magna cum admiratione, ſtuporeque recenſere; quod retulit ſingulari cum pietate pater; quòd cùm ſibi tantùm cum duobus, non leues interceſſiſſent aliquo tempore ſimultates, caſu fuiſſe illos in Peregrinatione additos Societatis Comites; & omnes B. Virginis numine ſublatas, ac aliorum quoque cum alijs amputatas, latentis odij radices; Rara, & pretioſa quidem, tantæ Peregrinationis myſteria. At quia æſtuante tunc grauiter Sole, puluereque infeſtante, quinque iam dierum ſpatia ſuſtinentes, ex itinere multi defatigati conſpiciebantur; alijs animi, totiuſque corporis laxamenta, nónnullis membra effracta allegantibus; alijs pedibus,

& pia multorum officia, tibi ſuſpicienda referre; dum multos infirmos, aridos, corporeque diſtortos aliorum dorſo portari, taliaque onera baiulorum more deferri, quandoque conſpiciebamus: Poſſem, & numeroſam illam iumentorum, & curruum, Rhedarum more obtectorum frequentiam, eſui, potuique neceſſaria; ſtragulas, grabatos, & periſtromata portantem; Infantulis, Puellis; omni hominum, & ægrotorum genere onuſtam, alterum, & numeroſiſsimum, benè tamen valentium filiorum Iſrael exilium, à Pharaone Rege excitatum, quodammodo repræſentantem, & ſi omnia iam indicata, latius tibi hoc loco explicare.
196 Sed cur tanta? Cùm ex ſingulis oppidis, & vicis tantam prodijſſe intellexerimus gentium manum, vt proprijs ædibus, laribuſque relictis, domibus obſerratis iacentes in aruis fruges, & ſemina deſerentes, certatim ad tantam Peregrinationem euolaſſe, referrent omnes; vt poſt omnium hominum memoriam, talia nec viſa, nec audita, ad noſtra vſque tempora intellexerimus? Nouum certè mi frater, & magnum æterni Dei myſterium: Quid de tuo nunc itinere, quid de his, quæ tibi in via quoque contigerunt, Alexander adducis? Dic quæſo, quæ vidiſti, & obſeruaſti ſingula, vt maiori fide nitatur oratio noſtra; magiſque illa paterna monita impleamus.

*Alex.* Rectè hactenus generosè frater, te in hac rerum, diuinarumque laudum palęſtra exercuiſti; perbellè in Scena luſiſti; & benè certè, Rhetorumque more tonas, & fulminas; At tanta demonſtrata, in hac tua cum Patre Peregrinatione diligentia, omnem dicendi anſam prorſus mihi præripuiſſe videtur: Referam tamen, quæ ſuppetent pauca libenter; Tantum quoque populorum concurſum vidi, tanta Peregrinorum agmina, & alia

multa,

multa, quæ retulisti, & nobis quoque passim, (vt supra
indicaui) peregrinantibus contigerunt: Vidi, & mirabili
197 cum oblectatione audiui etiam, dulces illos Puerorum,
Virginumque concentus, & choros; à quibus vox quasi
Angelica, ex abditis antris prodire sentiebatur; vt tanta
suauitate allecti, rapi quodammodo videremur omnes.
Vidi autem maiora, quam tu non referas gratiarum, &
198 deuotionis testimonia: Vidimus Cruces; & laterum, ac
lapidum congeries, varijs in locis, & vijs positas: ibi
plures Peregrinorum cateruas in terram decidisse, obdormijs
se, & tremulis manibus, ac membris misericordiam
Deo petentes, totoq; corpore languentes, per varia
temporis spatia humi quieuisse, illa tanta ibi demon-
199 strare nuntiabantur: Vidi porrò Clarasci, diuersis in tem
plis, atque Sacellis, multos ante Sanctorum aras orantes;
capita celeri agitatione mouentes, lachrymantes, &
flentes, suspiriaque mittentes, & astantibus pietatem
magno cum ardore, alteque prædicantes; alios tamquam
sopitos humi iacentes; alios iunctas palmas ad
nauseam vsque, & fastidium festinanter, tremore magnó
concutientes; harumque rerum plura, & plura
exempla; Rem certè horrendam, & inspectantium oculis
mirabilem. *Jo. Franc.* Quid tibi nunc Alexander de
tantis istis, quæ plenè enarrari nullo pacto possunt; quid
200 de tanta nouitate videtur? *Alex.* Dixi, iam ante mi frater,
hanc non esse dentium meorum farinam, nec libet
mihi sic temerè de graui, tantaque re ferre sententiam:
Si enim docti curuata humera flectunt; si Theologorum
ita schola stupescit: si admirantur, & suspiciunt mortales
omnes, tanti arcani fontem, frustra adhuc non inuenientes:
Quid me miserum, & omni intellectus acie destitutum,
interrogas frater? Interroga opportunè, &

con-

192 hæc omnia tanta contigerunt. Vidimus autem Alexander mi frater, hoc toto noſtro Peregrinationis itinere ingentem, & magnam Peregrinantium euntium, & redeuntium turbam: vario habitu, diuerſiſque coloribus amictã; vt quaſi Iſaiã Prophet. cap. 63. admirantem ſentire videremur; Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra, iſte formoſus, in ſtolla ſua gradiẽs in multitudine fortitudinis ſuæ. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua, ſicut calcantium in torculari? Vidimus numeroſa Dealbatorũ, & cuiuſuis gentium agmina; longa, & longa ſeriæ protenſa; pleroſq; etiam nudis pedibus incedentes: illos tamquã nubes volantes, & quaſi collombas ad feneſtras ſuas ab Iſaia cap. 60. præuiſos verè referentes: Vidimus oẽs euntes, progredientes, & flentes mittentes munerũ, pietatis, & pęnitentiæ ſemina; venientes autẽ mira cum alacritate, & exultatione collaudantes Dominum, & Mariæ benedicentes; portantes gratiarũ, & virtutũ manipulos: Puellas, & Virgines quamplures nudis capitibus, & plantis, demiſsis oculis, expanſiſq; ad tallos vſque capillis, iunctis palmis cruciculas ferentes, & precatorios globulos, ſiue Roſaria pia cum mente dicentes; alioſq; penè innumeros prædenſa acie, proceſsionaliter omnes progredientes, & regredientes, plurima dona deferentes, & magnifica munera; ac iter nobis commonſtrantes, tantaque Peregrinationis myſteria, noua cum admiratione celebrantes variaque Virginis, & Diuorum vexilla præferentes: Tanta vndique, & vbiq;, (& repeto non ſine cauſa libenter,) in toto hoc noſtro fœlici itinere, cernebatur Puellarum, Virginum, Matronarum, & hominum multitudo; tot ſingulorum Patriæ locorum Societates, binis, & iunctim ſingulis miro ordine Deum,

consultius eos, qui talia scire, sublimiaq; nosse potuerũt: Non enim à Veterum scriptis, non ab historiarum fontibus; non ab annalium monumentis hæc aurienda pu-
201 tabo; sed omnia sibi præseruasse Deum, nec cuiquam adhuc reuelasse, rectius ipse concludam; adeò vt ipsius Prophetæ Danielis, cui Deus visionũ omniũ, & somniorum intelligentiam dedit Dan.cap. p.egerent ista. *Io.Fran.* Adeamus ergo, sic iam hærentes, mi frater, benignum Patrem, perpetuò sua processuũ mole fatigatũ, vt promissorum memor, animi nostri sẽsa, si possit, aperiat; Ille enim, etsi nouam susceperit hoc tẽpore prouinciã, studijs suis, hac in parte minimè congruentem eaq; pertractanda duxerit, q̃ aggredi, efficiq; posse ab ipso, nemo existimabat; cùm tñ plura audire, videreq; hac in materia contenderit, leui tamquam penicillo fortè pertacta, aliqua nobis pruriendo, Virgineq; dictante indicare studebit, ne ego misser, aquilam volare, docere nunc velle videar. *P.* Audiui ò filij magna cum voluptate hactenus, longa hæc vestra, & mutua de summo hoc mysterio colloquia; & gaudeo certè, valdeq; lętor, tales dep[r]ehendisse in vobis bonæ indolis, pietatis, discendiq; cupiditatis igniculos; & in tantæ tellæ textura opera, diligentiaq; vestra meos subleuatos in parte labores, summoperè iuuat: Affecistis quidem me voluptate tanta hactenus, quantam animus meus capere potest, hoc in congressu maximam: At quia pauca, quæ necessaria videbantur, omissa hucusque comperio, miraculorum exempla, quæ tanta auiditate exquiritis, in medium nunc proferre, mi fili præstabit. Hæc verò miracula tanta, quibus claruit iam, continuoq; magis claret, illud B. Virginis Sacellum humana mente, nec satis compræhendi, minus describi, nec plenè colligi hic, & illic commodè potuerunt; & ranta sero referre, præter enarratas

ratas superius causas, illa etiam maxima impulit, quod cùm adhuc fabricari, & ea qua decet fide, diligentiaque
202 texi, miraculorum processum sentirem; Illa nisi prius à Montisregalis Episcopo, Theologorumq; Collegio publicata, in apricum proferre, nec decere, nec opportere præuidebam: *Io. Fran.* Et tamen dum alia meditaris, maioraque ordiri desideras, aliqua huius mysterij, diuinarumq; gratiarum exempla, quæso mi pater, iam iam ostēde. *P.* Attendite itaque, vt ad rem ipsam tandem veniamus, & audite diligenter filij, miracula multa, & mysteria magna, quæ discerni commodè pro tempore potuerunt: omnia namq; colligere, nec studium, nec cura, minusq; potentia fuit; Cùm non tantùm in Patria, sed extra etiam, magis, & magis hic, & illic disparsa, latiusq; opinione disseminata dicant, & prædicent omnes; Perquisiui tamen ea, qua potui diligentia multa, & in vnū quasi volumen illa modò conieci; Quæ quidem omnia, mihi maiorum, Præsulumq; decreto commissa plena, firmaq; fide mortalibus euulgando, posteritati describo.

# MIRACVLA, ET GRATIAE.

203 PRIMVM, & admirabile miraculum. Claudius Romagni Gallus à loco Auleriæ oriundus, annorum 23. Duobus annis citra, ad pontem Padi Taurini, in postium casula, pietatis intuitu, sibi à particulari quodã extructa, habitans; Continuò humi iacens, eleemosynam petens, tanti casus miseriam deplorabat. Dũ annum tertium, vel quartum agens, in propria patria, à prætereunte Rheda, contritus fuisset: Claudus, tibijs aridis, & sine pedibus euasit; adeò vt natibus terram incommodissimè semper inde raptarit: Peregrinationem ad Sanctum Virginis Pilarium, cum Disciplinatorum Societate obeundo, in templo Carmagnoliæ delapsus, surgens integram corporis, membrorumq; salutem mirabiliter recepit: Cui & tibiæ, & pedes firmissimè creuerunt; consolidatis basibus, & plantis, liberè nunc ambulans, Deum, Virginemq; laudat.

Ioãnes Ruscatus Clauassio oriundus, Lenici habitãs, annor. 50. vulgò aliàs dictus Ioannes mutus, annũ nonũ agẽs, mutus mulieris tactu factus, nunq̃ inde hactenus locutus: Peregrinationẽ cum Societate Disciplinatorũ Lenici, cuius & ipse erat obiuit. Post preces, & gyrum cum alijs nouies peractis, animi deliquio suborto, perturbatus iuxta Pilarium delapsus; spontè surgens, cum Comitibus Peregrinationem secutus. In itinere paulatim fari cœpit: Domũ tandem reuersus, liberationis gratiã, Virginis suffragio integrè ꝓmeruit: Nunc liberè, articulateq; loquitur.

Ioanna Macona Burgunda, annorum 40. Taurini incola; Dum octauum tantum annum ageret, lingua ab hæreticis Matisconi sibi abcisa, loquendi facultatem penitus amiserat: Sauilliani in æde S. Petri, post secundam Peregrinationem delapsa, surgens liberationis gratiam obtinuit: lingua creuit, & benè nunc loquitur.

Hæc mihi Caroli Broliæ Taurini Archiepiscopi decreto, vti verissima; probatissimaq; remissa.

K Mon-

E MONTEFERRATO TRANSMISSA.

Filius quidam Danielis, & Bernardæ iugalium de Robadis à loco Gorzegni, annorum quatuor, Duobus iam annis decursis, in ignē delapsus, omnino lumine caruit: Desperata penitus longo iā tēpore à Medicis, & Chirurgis salute; A parentibus ad B. Virginis Vici aras ductus, salutem recepit, nuncq; optimè videt.

Maria Rebada de eodem loco Gorzegni, annor. 50. visu capta; domo egredi nisi pedepressim, siue manuum tactu, aliorúmue ductu nequiens: Post secundam ad B. Virginis Sacellum Peregrinationem, visus incrementa suscepit; adeò vt ductore amplius non egeat: & si ante alterum oculum, lumina, variosq; colores sibi iam obuersari dicat.

Ludouica Boneta, a loco Montisbarcherij, vxor Benentini Nozaschi sutoris Gorzegni; post longam anni ægritudinem, super sinistra manu pustulam, totam penè manum obtegentem, graui cum dolore, Carbunculi instar, pro cancro iam habitam susceperat: Incurabili morbo dijudicato, minantibusq; iam Chirurgis, & Medicis manus, & fortè brachij sectionem. B. Virginis Vici præsidio, omniū admiratione liberata, adeò, vt velut scabiei cicatrix, tantùm remanserit.

Bernardina Virgo, & filia Bartholomæi Ferrerij, de eodem loco; sinistra tibia à natiuitate clauda; eaq; semipalmo altera breuiore: fuit B. Mariæ auxilio salute donata: liberè ambulat; adeò vt vix possint, quædam leuis claudicationis reliquiæ dignosci.

Io. Antonius de Stephanis, annor. 20. a loco Rochetæ Tanagri, quatuor iam annis retro mutus; sibi lingua in Ciuitate Taurini, vt ipse inde confessus abscisa; dum Nobilibus duobus inseruiret, quorum vnus alterum, in proprio domicilio occiderat, & in Cella vinaria sepelierat; ac ne tantum facinus detegeret, linguam sibi occisor absciderat. In Peregrinatione ad S. Pilarium ante aras S. Francisci Albæ pro loquellæ restitutione, orando; Inde prolapsus; surgens dixit sibi visum à Virgine monitū, vt diceret Angelus Domini, &c. & quod duobus continuis annis nudis pedibus incederet; quod se facturum vouit; salutem recepit, nuncque benè, & clarè loquitur.

Stephanus Pelizarius de eod. loco, arthriti, seu iuncturarū doloribus, anno integro vexatus; vt nec ambulare, moueri, aut stare posset, nisi Scipioni, Comitiue innixus; Virgini Pilarij voto emisso. Cum Disciplinatorum Societate Asino sedens, Peregrinationē ingressus, Albā peruenit; Ibi iuxta templū S. Francisci, se valetudine potitū existimans, ab Asino sine auxilio descēdit, & admiratus oēs cessasse dolores: Ita firmis vsus vi-

rib.

rib. vt pedester, ad Sacrũ Sacellũ Peregrinationem perficere potuerit.

Io. Antonius Tensa Alexandrinus, holitor Niceæ Palearum habitãs, morbo artetico ab anno citra oppressus, sic vt nec baculo posset înixus incedere. In Ecclesia S. Frãcisci Albæ, dũ in Peregrinatiõe esset B. Virg. Vici p̃sidio adiutus, salutis grãm ꝓmeruit, adeò vt nũc liberè ambulet.

Lucia Iacomelli Bordini à loco Niceæ Palearum filia, octo, vel decẽ annis elapsis, in tenella ætate constituta, Cui in Ciuitate Aquarum puer lapidis ictu, sinistrum oculum eruit; lumine capta omnino remansit: oculi globum è capite egressum, & è maxilla pendentem, mœrens pater cocleari excepit, manuq; palpauit: Voto Virgini Matri Sacri Pilarij emisso; In templo D. Ioannis Niceæ Palearum delapsa, surgens, oculum plenum, & lumine ornatum recepit; quamuis non plenè adhuc; perfecteq; videat, vt altero; nec omnino illum aperiat.

Hoc anno 1595. circa finem Augusti mensis, in loco Rochetæ Pallafeæ Aquensis Diœcesis; redeunte Societate Castriueteris, agri Niceæ Palearum, ducentum quinquaginta numero, (Comitibus inclusis) à Peregrinatione B. Mariæ Vici; oppidani colligere omnes, reficereq; piè constituerunt: Mensis à Curato loci, & alijs in medio plateæ paratis; Panis à multis, vinum, & alia necessaria humanissimè delata, semique casei forma à Curato: Oĩbus ferè ad arbitrium refectis, adeò, vt singuli quid, & si minimũ cœperint: Societate recedente, tanta collecta eorũ, quæ superfuerant fragmenta; vt aucta panis copia, nec imminuta casei forma, incredibili omnium stupore, apparuerint.

## A L I A.

PAula Ritia à Monteregali annor. 25. quinque iam continuis annis, graui infirmitate, doloribusq; in dorso, & tibijs vexata, adeò vt partim in lecto, semper immobilis iacuerit, partim fulcris, siue crocijs ambulauerit: Morbo incurabili dijudicato; equo ad B. Virginis Pilarium ducta, cuius auxilium deuotè implorauit: Post Preces, & nouenas deuotè peractas; breui tempore liberata, Scipioni solùm innixa domum redijt; Inde omni ægritudine penitus soluta.

Emanuel Burdinus faber Ferrarius à S. Albano, senio iam confectus, digito dextræ manus auriculari, ob susceptum superiori anno vulnus, omnino captus, & mancus euasit; adeò vt extendere illum minimè posset: Dum ante imaginem Pilarij oraret; subortum in debili digito pruritum exaudiẽs, vt formicis corrodi videretur, moli illo paulatim facto, statim pristinam salutem recepit.

Infantulus quidam, mensium octo, filius Iacobini Barij Tōsoris Montisregalis, ruptus, seu laxis ambobus testibus natus, nulla medicamentorum cura adiutus; emisso à patre voto, puerōq; ad B. Virginis Pilariū alato, breui tempore, omnino incolumis est redditus.

Catharina Iusta à loco Mulazzani, q̄ à teneris annis, p̄p graue ad terrā casum, sic debilis euasit, vt coxæ ossa è loco diuulsa, tibiamq; vnā altera breuiorem habens, grauiter claudicando incederet: In Sacello B. Mariæ Vici stans, dormienti simillima iacuit: Expergefacta, flens, & tremēs, salutem recepit: & coxæ ossa, suo loco reposita, æqualibus tibijs, præsenti Patri, atq; miranti, tangenda porrexit: & si gradiendo, modicum adhuc claudicaret, nec leui dolore omnino careret.

Bartholomea Ranteua à loco Brigæ ann. 60. q̄ mulus in tergo momordit, manca euasit, adeò vt brachiū, ad stomacum tantùm, cum alterius ét brachij auxilio, eleuare posset: Dùm Sacra Missæ, in Sacello audiret, in Eucharistiæ eleuatione, salutis incrementa suscepit: Palmas sine auxilio iunxit: & paulatim Sacerdote sacra complente, firmioribus vtens viribus, ita conualuit, vt brachium ad oculos vsque sine auxilio; & altero iuuante, altius etiam eleuare cęperit.

Peregrina Pisana ab Aquila Zucarelli ann. 16. ab ineūte ætate surda, parū oīno audiens, nisi proximè ad aurē, altaq; voce qs alloqueretur: ambitu nouies circūcirca Virginis Sacellū, post preces peracto, exanimis cū tremore, & perturbatione remansit; vt quid ageret penitus ignoraret: repentè auditus gratiam obtinuit, vt etiam à longè benè audiret.

Gulielmus Tosanus à Saurgio, q̄ frigidæ podagræ dolorib. anno iā cōtinuo, ardebat, miserèq; vexabatur; vt p̄ octo antea māses lectū deserere, nullis remedijs iuuantibus nequiuerit: Dùm ad Sacrum Sacellum duceretur, in itinere tanto ardore recreari paululum cæpit: Sequenti nocte in Sacello orans, commodæ valetudinis incrementa excepit: Cessantibus doloribus, digitos antea contractos extendit: manibus ad libitum vsus; stans; & sine auxilio ambulans, sanus, etsi debilis adhuc Virginem laudans euasit.

Ioannes Ozēda de eod. loco, ab octo annis paraliticus, ita curuo capite, demissóq; dorso, ad genua vsq; pēdebat; cōtinuò manuū tremore, ac digitorum contractione vexatus; vt tres tantùm passus posset incedendo agere. Ad Sacrum Pilarium vectus, Montisregalis agrum, finesq; ingressus, melius haberi cępit: Vbi ad B. Virginis aras peruenit, digitos, manusq; liberè extendit, sine ope genua flectens, primoq; tremore solutus, totum corpus ad libitum mouebat: & nouem vicibus, solo baculo innixus Sacellum circuiuit.

Alius.

Nicolaus Ferrus à Milesimo triũ annor. infirmitate detentus, cõtinuò in lecto iacebat: vel baculo, & fulcro innixus tm̃ incedebat: Post remedia multa, balneaq; bis petita, saluẽ obtinere nequiuit: Tandẽ B. Mariæ auxilio, ante alterius Virginis imaginem, suo in oppido pictam implorato, melius haberi cępit; Inde mulo ad B. Mariæ Montisregalis Sacellum, cum Disciplinatorum Societate vectus, vbi in pratum Vallis Pilarij peruentum, sic firmis est vsus viribus, vt è mulo in terram descẽdens, se acriter, cum alijs flagellis affecerit; Baculis dimissis, sine auxilio reliquum iter, & si modicum adhuc claudicando confecit: Circumcirca Sacellum, gyros aliquos egit; & sine dolore saluus euasit in Domino.

Petrus Rex à loco Brelij tortuosum visum dextro oculo habens, quo parcè admodum videbat: Dùm cum alijs Disciplinantibus, ad Sanctissimas Virginis Vici aras, Peregrinationem obiret, in itinere perturbatus decidit: eleuatus conualuit; recto oculo optimè, libereq; vsus.

Homines tres, & mulieres octo, à loco Luani Diocesis Albenganæ, ad B. Virginis Vici Sacellum, è remotis partibus peregrinantes: Die 27. Iulij, média nocte, in tenebris ambulantes, à rectaq; semita aberrantes; viæ prorsus ignari confusi constiterunt. B. Virginis auxilio inuocato, coram eis lucidum adfuit lumẽ; quo duce per horam integram, & plus comitati, ad proximum oppidũ incolumes peruenerunt, & gratijs humillimè Mariæ matri peractis, lumen euanuit.

Maria Bergana in Montib. Oneliæ oriunda, sinistra tibia, iam sex mẽsibus elapsis ita manca, vt pedem terræ hęrere, propter tibię breuitatem nequiret, sed fulcris tãtum vti: equo ad Virginis Pilarium ducta, sospes, & libera remansit: Pede terræ admoto, sine baculis, & si aliqua adhuc cũ difficultate, ambulabat.

Lazarus Billi odus Cęuanus, iã 22. mensib. elapsis, ambabus tibijs captus, & mancus; vt vix fulcris innixus, graui comitante dolore, posset è loco se mouere, & ambulare: Desperata à Medicis salute: Asello ledens, cum alijs Disciplinantibus, ad Virginis Vici aras peruenit: Precibus actis, in propriam patriam, sex milliaribus à Pilario distantem, reuersus; Domi stans, subito tremore oppressus; statim, misericordiam succlamando, deambulare cępit, liberq;, & sanus euasit: Improuiso clamore audito, vxor, vicini, alijque multi accurrerunt: hominem spatiantem inuenerunt, sed toto corpore trementem; & tanta, ex hoc voluptate perfundi, vt præ gaudio ferè à sensibus videretur alienus. Ad Sacrum Pilarium pedibus sanus, & sine baculis inde reuersus, vt Gloriosissimæ Virgini, tantæ valetudinis gratias reuerenter ageret.

Antonius Barcellus à loco Canalis, ab annis 13. aut 14. infirmus, totoq;

cor-

corpore anxijs cum doloribus inflatus; vt in lecto perpetuò iaceret, & nisi fulcris innixus incedere minimè posset: omnibus humanis remediis desperatis, B. Virginis Montis Regalis præsidio implorato, morbus remitti, leniterque conualescere cepit: Ad sacrum Pilarium Asino ductus, preces ante aras fundendo: postque peractam nouies in gyrum Peregrinationem, bis animi deliquio oppressus constitit: subleuatus, tales extemplò suscepit vires, vt sine fulcris, aut scipione (& si debiliter adhuc) incederet.

Antonius Amalbertus à loco Intimilij, annorum duodecim, duobus iam annis paraliticus, eò peruenit, vt ire iam non posset, nisi alicui rei hæreret, cum dextri pedis cacumen, retrò raptaret: Dextrum nullo modo brachium eleuare, nec fari omnino poterat, vt intelligeretur: Ad Sanctissimæ Virginis Pilarium equo, & comite ductus: In Sacello perturbatione suborta, decidit; vbi per longum spatium, quasi intermorti visus, iacuit: Eleuatus, præsenti patri nuntiauit, se brachio, tibiaque bene valere: Ambulare cepit, & brachio liberè vti, capiti illud imponendo; Valetudinis incrementa suscipiendo, sanus in Domino euasit.

Angeleta filia Iacobi Ferri, à loco Sancti Cipriani vico Finalis, è matris vtero, sinistram tibiam altera breuiorem reportauit; adeò, vt claudicaret, & amba genua flectere, orando nequiret: In Sacello, Matrem rogando, exanimis ad terram prolapsa: Eleuata gratiam agnouit, & tibiam ad alterius similitudinem extensam aduertit: Deambulare cepit, ambobus pedibus, ad terram sine claudicatione extensis.

Victoria Cinciona in agro Finalis, ppe mare nata, annorũ 15. aut 16. pp apostema, quinq; annis elapsis, in dextra coxa excisum; Ita genu, neruisq; contractis, afflicta remansit, vt semper fulcro sit vsa: Genuflexo, versus pectus elato; & pede à terra palmo amoto; quem, nisi sedendo, humi hærere nequibat: Ad Pilarium equo ducta; dum oraret, animo cõcidens, in terram delapsa: eleuata gratiam promeruit; tibiam æqualiter cum altera extendit; nunc sine ope, solo leui baculo adiuta pergit; pedis cacumine, & si non plenè toto, terram calcat.

Ioannes Vallatus à loco Venaschæ annorum duodecim, dextro brachio semper captus, & mancus; vt nec ad caput, nec aliter illud eleuare posset: In Sacello Beatæ Virginis intermortuus iacuit: Eleuatus dixit, sibi subortum dum iaceret in brachio, à tergo ad digitos vsque pruritum: Ita conualuit, vt illo liberè vteretur; Tamen non ita expeditè, superiorem partem versus tergum, vt aliam inferiorẽ mouere poterat.

Ioãnes Tomatus à loco Linguegliæ, aure dextra surdus omnino, annis iam

iam decem elapsis: Dum circumcirca Virginis Pilarium, cum Disciplinatorum Societate, processionaliter incederet, animi deliquio suborto decidit: expergefactus omnino liber euasit, & plenissimo auris auditu potitus.

Blancheta Peirana Finalis incola, annorum 13. à primis vsq; annis, debilis, atque manca coxa, & tibia sinistra, propter magnum ab alto casum sic; vt grauiter, magnaq; cum difficultate incederet: In Sacello exanimis delapsa: eleuata dixit salutis incrementa suscepisse: sequenti die iterum prolapsa: surgens, tibias extendit, & liberè commeare in omniũ conspectu est visa.

Nicolinus Baptistæ Cauatiæ à loco Diani, annorũ sex, cum dimidio: iam vndecim mensibus elapsis, ita membris captus, & mancus, ac gibbus in dorso fuit; vt nisi demisso capite, stare nequiret, nec vllo modo incedere: Ad sacras Virginis aras, cum quadam Disciplinantium Societate delatus; In terram bis, temporis interuallo, sudore magno, prolapsus; sponte, sineque ope surrexit; versus aras, porrecta sibi ab astantibus manu, decem egit passus: Dorsum contortum aliàs, sibi, & si cum dolore erectum.

Ioannona Vignala à loco Monaci annorum 14. à primis annis lippa, oculorumq; morbum passa, adeò vt obtutum in lumen figere nequiret: super altero macula tegebatur, sic vt vix aliquid intueri posset: offendicula illi passim obuia, capite in quæcũq; colliso: In oculis, & inflãte frõte, graui dolore affligebat: Ad B. Virginis aras ducta, cõualescere, cõsolariq; cępit: Voto reddito, benè se habuit: In lumen oculorũ aciẽ defixit: Macula euanuit: Paulatim dolores, inflationesq; cessarunt: Acum tenuissimo filo inuestiuit, suebat, & ambulabat, clarissimo, apertoq. visu.

Simon Beraudi ab Intraquis, ab incunabulis, brachio, dextraque manu sic debilis, ac imbecillus; vt pugnum perstringere nequiret; nec ad os vsque eleuare, sed sinistra tantùm manu cibo vesci cogeretur. Ad B. Virginis Pilarium, cum Disciplinatorum societate peregrinatus; In regressu; In Motisregalis suburbijs intermortuus iacuit, crebris è fronte cadentibus sudoris guttis; Sanus inde surrexit; brachium eleuauit, eo liberè vtens vt altero: Manum comprimendo; semipugnum egit, quod antea præstare minimè poterat; & si arctè adhuc totum omnino, vehementerq; comprimere nequaquam, cùm digitos iam tum benè perstringere non posset.

Barnabas Garnerius à Cabalariomaiore, ictu sclopeti, trib. annis elapsis, sup cubito brachij dextri vulneratus, brachio captus, & mãcus, adeò vt nec illud eleuare; in nullo se iuuare; manũ extendere, nec flectere, sine auxilio

ad pectuſque admotum, & retractum ſic retinebat:vt ab eo illud dimouere nequiret; ſi quis verò illud à pectore dimouere tentaſſet, totum cum manu, tremore quati cernebatur: Dextram tibiam eundo raptabat, ſponte rariſſimè ambulando, parùmue, ſi alicui rei hæſiſſet: fari non poterat, vt intelligeretur: Vertiginis tedio afflictabatur, qua ſuborta in terra per interuallum iacebat: Ad Sacrum Pilarium delatus, domumque reuerſus, ita ſanus euaſit, vt præuideret inſtantis vertiginis incommoda; ſicque alicui rei innitendo non decideret, ſed euaneſceret illicò: Commodè vltrò ambulabat: Brachio liberè vtebatur; itaque loquebatur, vt intelligeretur apertè. Dominicalem orationem, Angelicamque ſalutationem perdiſcebat, quæ antea ignorabat; cùm nec adiſcere, nec pronunciare quidquam quiret.

Margarita Martineta Roſſiæ incola, ab alto delapſa, coxa manca, & rupta, totoq; corpore impotens, iam ſeptem annis elapſis euaſit; adeò vt fulcris innixa, quandoq; vno ſolo, & baculo tantùm incederet; In terra iacens, ſine ope erigi non poterat: Virgini Sanctiſſimæ vouit, magna cupiditate illuc accedendi allecta: Et cùm die 18. Augusti, circa meridiem, ſopore oppreſſa fuiſſet, experrecta fulcrum inuenit, pauliſper à ſe remotum, quod catulus dormienti iocando ſubduxerat: Illud manu appræhendere, minimè quibat: Tunc quodam inſtinctu, ac deſiderio ſine fulcro, baculòue ſurgendi impulſa; Ita ſurrexit; & ſana omnino, incolumiſq; reddita: Per oppidum vagando, gratiam hanc euulgare, Deum, Beatamq; Virginem, ſummis laudibus efferre, non deſinebat.

Andreas Gabrius aliàs Sgariatus Aſtenſis, annorum 10. nunquam eundi facultate toto tempore vſus; Cùm diſtortæ tibiæ in crucis formam illi ceſſiſſent; manuumq; digitos contractos haberet. Ad Sacrũ Virginis Pilarium, ex voto delatus; In reditu equo ſedens, vmbellam à comite matre petijt, quam ſibi porrectam vltrò ſe, in equo erigens liberè accepit: Apertis tibijs ſolus; & faſcijs, quibus erat in equo deuinctus, ſolutus; vſque ad proximum oppidum vmbellam portando, itineris extrema peregit: Sequenti nocte, in Diuerſorio exiſtens, iacente in lecto cum filio matre, valdè de pueri morbo anxia; Ad filium conuerſa, rem nouam inuenit, illumque tibijs extenſis admirata, quod antea nunquam à natiuitate contigerat. Quo viſo, gratias Deo, Virginique matri agere pijſſimè cępit, ſocioſq; vocare, vt veritatem tantæ rei intuerentur. Inde puer reliquum,

quod ad eius oppidum, decemocto mille passuum iter superérat, genibus, & tibijs extensis, hilari animo, solus in equo confecit: & vbi domum ita peruenit, à multis visus, Repertus cum tibijs, manibus, digitis, genibusque extensis; stans, & si muro hærens; comprimendo, atq; extendendo, omni facilitate manus: Tibias, genuaq; mouendo, quod ante facere minimè quibat.

Ioannes Burditius Bennensis, ætate affecta, iamq; prouecta, Cui propter magnum ab alto casum, dorsum curuum, in arcumq; flexum, continuis cum doloribus cessit; adeò, vt semper prono, obliquoque corpore, scipioni innixus incederet, nec nisi scipioni illi suffultus, dorsum erigere posset: Voto ad Sanctissimam Pilarij Virginem emisso: Terq; Sacris Aris inuisis; Cum Dealbatorum Societate reuersus, dum Missæ adesset, dolorem solito acriorem sentijt: Inde in itinere, inter Sacrum Sacellum, & Montisregalis Ciuitatem, agnouit se morbo recreari, meliusq; quàm antea valere: Rectus deambulare, saltando cœpit. Dorsumq; sine baculo, alteriúsue ope, erigendo, & extendendo; Quamuis adhuc se, paululum defessum diceret.

Margarita Teniuella à loco Villæstelloni, in anxiam ægritudinem quatuordecim iam annis prolapsa: Cùm manuum, & pedum digitis contractis, sic attrita remansit; vt crebrò doloribus vexaretur; superq; sentis incedere, sibi videri affirmaret: Pugnum comprimere, minusq; manum extendere poterat; Quamuis quinque, aut sex priorum annorum spatio, maximis vsa remedijs. Matri Virgini vouit: In itinere plus solito, palmas iungendo, digitos extendere cœpit; Quamuis parum adhuc iuncturis inflexis. Vbi ad maius Montisregalis templum peruenit, bis in terram exanimis est prolapsa: Eleuata, salutis gratia integerrimè potita, ac si nunquam morbo vllo vexata: Eo excepto, quòd digitorum iuncturæ, curuæ adhuc paululum, vt supra manserunt.

Gulielmus Gilibertus à loco Caramaniæ, ab incunabulis, sinistro pede mancus; Ad Sacrum Pilarium accedens, cum tremore decidit: Experrectus spontè surrexit; & ita liberatus, vt toto pede terram calcaret, quod ante præstare nequibat.

Maria Graueisi à loco Ponti muta, nunquam locuta: Ad B. Virginis aras accedens, bis ad terram prolapsa, fari cœpit; & præsentium, intuentiumque dictamine proferebat Iesus, Maria; & alia salutationis Angelicæ verba, infantulorum more, qui fari nunc incipiunt.

Alexan-

Alexander Ghidanus à loco Plebis Cairi, mediocris ætatis homo, ex arbore delapsus, tribus antea annis, cum dorso curuo, flexoque cessit; sic, vt pronè baculo innixus incederet, cùm aliter commeare nequiret. Visitato deuotè Pilario: In regressu, Vicum versus, tremens decidit: eleuatus incolumis euasit; & sine baculo ambulabat, itaq; rectus, vt retro quasi penderet.

Bartholomæus Buninos à loco Rudini, puellus ann. 5. qui nunquã liberè vltrò ambulare potuerat; sed tantùm aliquos mouere gressus, muro etiam, alijue rei innixus: Ad Sanctissimę Virginis Aras delatus; In Sacello vltrò, sine auxilio; nulli rei suffultus, ambulare cępit.

Maria Buggeta à loco Clauassij iam annis 18. manca, & imbecilla; quæ nisi fulcrorum auxilio, incedere minimè poterat. Peregrinationem ad Sacrum Pilarium obeundo, in terram decidit: Eleuata duos præ gaudio mouendo saltus, fulcrum reiecit: & B. Virginis aras salua, & incolumis inuisit.

Franciscus Tignac Nobilis, & Baro è Sabaudia profectus, ætate iam matura, grauem ab alto casum longo iam tempore passus; non tantùm de salute diffisus, sed illa prorsus, post exquisitissima tentata remedia, iam desperata; multo post tempore, cùm mancus & captus coxa, tibiaq; euasisset; adeó vt pedibus incedere minimè posset; sed equo tantùm ductus, ad Missam, Sacraq; pergeret; & templi gradus ascendendo, duobus hincinde Comitibus, quibus innixus vteretur, egeret: Cùmq; paulùlum pedibus, baculo tamen suffultus, incedere tentaret, in lecto cum doloribus inde iaceret: Virgini Sanctissimæ vouit; dumq; multis dierum spatijs, iter ingressus, vltra montes, ductore equo peregrinaretur; ad quoddam oppidum profectus, in somnis visio obuersata, se totum tremore quati, Virginemq; pro salutis gratia obtinenda, piè à se exorari: Cęptum iter cum Comitibus, & famulis peragenti, ita vires creuerunt: vt vndecim mille passus pedibus, mira alacritate confecerit; & reliquum, quod supererat itineris, ne viæ Comitibus moram inferret, equo vectus absoluit. A Montisregalis Ciuitate, ad Sacrum Virginis Sacellum, pedibus Comites subsequi, deuotè contendit. Precibus vbi vota persoluit, è porta Chori egrediens, morbo recreari, suauiterq; sibi tibiam, ac pedem extendi est ille professus; quem tamen extra adhuc declinantem, cum talo pronè ad terram demisso portare, quoque testatus.

Pelegrina Gormea à loco Villæfranchæ Niceæ, annorum nouem, aut decem à primis annis pedes semper distortos sic habuit, vt hinc

inde

204 LO. Fran. Postquam hunc mi pater, miraculorum exempla magna, & multa, tanta arte, miroq; cum ordine retulisti; omniaq; prudenter in medio velut agminis, aptiori loco modo locasti: & postquã tanta clargitus est, & commonstrauit nobis Deus, Quæ quæso causa conijci poterit, cur tantos in via, & toto fere itinere, à Monteregali ad B. Virginis Sacellum, & alibi quoq; locorum hic, & illic offenderimus miriones, humiq; iacentes, claudos, cæcos, & omni corporis parte distortos, ac tantam, & multitudinem magnam languentium, & aridorum garrulè succlamantium, & eleemosinam miro clamore petentium? Cur etiam illud, quod me magis eculsit, nonnullos tanta pietate, & deuotione à varijs Societatum ordinibus adductos, corpore vitiatos, mutos, & surdos, immundisq; spiritibus vexatos, pro quibus tantæ diffusæ preces, tot emissæ lachrymæ, pristinam non receperunt corporis, animiq; salutem, quã alios etiam multos supra recepisse abundè, lateq; demonstrasti? Arcana quidem Dei magna: Rerum istarum ergo, si libet, discerne rationem, & causas. *P.* Maximi ponderis, atq; momenti sunt, quæ excitas fili, omnia perfectè in Dei secretio tantum, vt monui ante latentia; Dicam ta-
205 men quid in re tata occurrit: Mittam primum illud, quod est in re ista verissimum, multos adesse visu, corporis robore, aliaq; sensuum, atq; membrorum salute carentes, qui cum se noscerent talia pro noxarum pœna, vel Christi amore, æquo animo perpeti; & si reuererentet satis, ad mysterium illud accederent; illorum tamen vitiorum, siue morborum gratiam petere, varijs quisque de causis omnino recusarunt; vt ego ipse, certissimum harum rerum testimonium ferre, intrepidè possum; rogari tamẽ,
206 suppliciq; affectu instanter, precibus vrgeri, vult etiam

M ple-

207 plerunque Deus. Math.7. & 15. Mittam prætereà, quod aliqui iocando adducunt, mendiculos istos, atq; Asymbolos, græcari passim solitos, corporis proprij salutem quodammodo negligentes, eam misertimæ, fœdissimæque mendicitati postponere: ob idq; nec tantas Virginis aras, pro salute obtinenda inuisere, nec salutare solere: & ne hęc omnino somnia fortè putares, in D. Martini Cor-
208 poris Translatione depræhendi, id mendiculis duobus olim euenisse, qui dum in mendicitate sordidè baccarentur, vnusq; eorum lumine captus, alterum monstruosum, corporeq; distortum, cæco viam commonstrantē humeris baiularet; dum ad portam templi vterq; iaceret, vnde D. Martini ossa erant aliò transferenda; audita miraculorum fama, in hac Sancti Translatione crescente; dū cęci, muti, alijq; infirmi magna cum lętitia curarentur; salutem ipsi fugientes, eo loco digressi, ne ante illos Sancti ossa transirent, aliò se recipientes, præterq; opinionē versus eos Diui Martini corpore allato, & si nolentes, tan taque bona spernentes, fęlices nimis illi miselli salutem, quamuis indigni, mirabiliter receperunt. Ego mi fili, nugis omissis, ne me fortè nimis, curioseq; diuagantem aliqui accusent; vt omnia ista complectar, eam puto præcipuam huius mysterij causam, quòd non omnibus, (vt
209 in prouerbio est) datum sit adire Corynthum: Non enim omnibus (vt altius rem repetam) Deus dat gratiam, sed humilibus tantum; & non omnes saluti, incolumitatiq; donare velle commonstrat, sed quibus ipse latenti de causa velit: ex multis enim, qui ante Piscinæ porticus iacebant, vni tantùm Christus dixit, & non omnibus, tolle Grabatum, & ambula; qui triginta octo annis morbo detentus, nec hominem haberet, qui in Piscinam mitteret; Grabatum sustulit, & ambulauit, alios ibi iacentes

non

non liberauit Iesus Ioan. 5. Rursus Lazarum tantum Ioā. 11. & vnicum Viduæ filium Luc. 7. necnon Iairi Principis synagogæ puellam Mat. 9. Luc. 8. è morte ad vitam reuocauit; non autem omnes: Nec omnes ipse, aut Discipuli eius, Sanctivè saluti donarunt, sed paucos tantùm; omnia tamen magno cum mysterio fili: Si enim mortuos omnes, ad vitam reuocasset; si cęcis omnibus lux reddita fuisset; si ęgrotis, & claudis salutem restituisset: nemo mortuus, nemo nisi sanus, & rectus, valido-
210 que corpore fuisset, quo nil absurdius: At non ita in pretio; & admiratione; mortalibusq; suspicienda miracula certè fuissent, quia rara omnia preciosa: Et si omnibus rursus id euenisset, non singulari Dei virtute, sed ordinaria, solitaq; via id contigisse dixissent; in eoq; tamquam Dei filio non credidissent gentes: Igitur miracula, Deus
211 omnibus non impartitur; sed paucis tantùm: Attende prȩterea fili, quòd quamuis dici etiam possit, propter
212 recipientium inhabilitatem, tamquàm non benè parata, sordibusvè soluta persona, miracula non elucescere; aut quòd fortè ea, quā decet pietatē, cordisq; contritione, ad miraculorum fontē qs nō accedat; Illa efficacior videtur
213 tanti mysterij ratio, quòd gratiarum, & miraculorum finis non sit, nec fortè fuerit vitam, corporisq; salutem hominibus restituere, sed Dei gloriam tantùm mortalibus ostendere; atq; certo, præsentiq; testimonio declarare: quod vno etiam tantùm exemplo poterat verificari, clareq; demonstrari: Sicut apertè hæc omnia indicat locupletissimus mihi Ioan. cap. 11. in princ. vbi pro gloria Dei, vt glorificetur Deus per ea, facta miracula in Lazari resurrectione testatur; vbi etiam gauisus est Christus, pro-
214 pter Discipulos, vt magis crederent: Ad hoc ideò sunt miracula necessaria, quia populus etiam visis miraculis,

& signis magis credere solet; quia tunc operibus, quæ vident, & negare minimè possunt, omnino credunt Ioan. 10. in fine; Cùm etiam, oculata fide, magis quàm per aures animis hominum res insigantur. §. fin. Insti. de gradib. cognat. Cùm itaque miraculorum finis, sit gloria Dei, eiusq; Sanctorum, non humani corporis salus; Ideo illos gratiarum, & miraculorum effectus Sanctis permisisse, communicasseq; videtur, ad eorum gloriam, retroq; actæ vitæ Sanctitatem, gentibus declarandam; quodque verè Dei electi superno numine essent; quia aliàs sine miracu-
215 lis, & signis illos Sanctos esse minimè crederent mortales; Idq; iuri, & naturali rationi etiam consonum videtur, vt nisi probatis miraculis, & signis Sancti, nequaquam credantur; cùm quæ dicuntur, & referuntur semper probanda tritis apud nos iuribus. Ex quibus quidem omnibus charissimè fili, vt te iam ad veritatis fontem deducam, cùm magnum hoc miraculorum mysterium B. Mariæ Vici, fuerit à Deo mortalibus emanatum, pro gloria Dei, iam hominum iniquitate collabente erigenda, populorumq; mentibus præcipuè confirmanda; atq; vt nos ad diuinorum bonorum contemplationem, quæ præparauit Deus diligentibus eum; & ad verum humanarum rerum contemptum alliceret; tardos excitaret; suoq; promoueret exemplo, & precibus, totq; commonstratis signis Virgo Maria, Marci c. vlt. ad finem; Non autem pro corporũ salute præstanda; quæ quidẽ paucis exemplis, & signis poterant abundè monstrari; non necessariò in omnibus hominum corporibus fuisse hęc agnoscenda, & miracula effundenda concludam; sed satis huius mysterij finem, & causam in tot, tantisq; signis, & miraculis mirabiliter hactenus, abundeq; visis, & demonstratis fuisse perspectam; ad occulti mysterij, de quo fusius etiam suo

loco dicam, famam mortalibus euulgandam. Quæ omnia tandem, latenti Dei iudicio firmissimè, vt alia interpretanda relinquo: Qui hunc potius quàm illum, & paucos nō autem omnes, voluit esse miraculorum gratia dignos

216 *Ioan. Franc.* Cur etiam immundos spiritus, non ab omnibus, sed à paucis tantùm eiectos? & cur Dominicam Panialem à Ciliano, Taurini incolam, spirituum potestati reliquit adhuc Deus; Castellinam verò Dalmaceriam, iam Sauilliani penè liberatam, tribus adhuc inde spiritibus vexatam, demum in Ciuitate ista Societatis Misericordiæ præsidio, cura, & diligentia plenissimè solutam, & mūdam accepimus? Respondeas iterum pater, & scrupulum crescentis dubitationis eijce *P.* Multis, quæ adduci huc possent omissis, vnum tantùm iuuat in medium proferre exemplum, propositæ rei aptissimum. Nā Marc. 9. cap. legitur, spiritum immundum, quem Discipuli Christi eijcere non potuerūt, ipsum met Christum inde eiecisse, & clarius infrà versi. Et cùm introijsset, &c. vbi domum vnius ex Discipulis ingressus Iesus, ab eo secretò interrogatus, quare Spiritum ipsi Discipuli eijcere non potuerunt. Respondit, illud Demoniorum genus in nullo posse exire, nisi in oratione, & ieiunio: Ecce ergo necessariò fatendum, diuersa spirituum genera, nec semper, nec ab omnibus, nec eodem modo posse eijci: Deus verò alias nouit solus ipse causas. *Io. Franc.* Dixisti iam antea pater, multas miraculorum causas; indicasti etiam miracula non statim, sed indiferenter, subitò, vel ex interuallo modico, posse indubitanter euenire; miraculiq; propriam naturam aperuisti esse, illa sine dolore, corporisq; cruciatu contingere: Sed nunc quid de beneualentium casu, quid de multorum ad terram collisione; quid de sopore, & extasi; quid de tremularum manuum, totiusq;

tiusq; corporis frequenti agitatione, atq; motione? Quid inde de eorum disertis sermonibus, quod antea dicturũ te promisisti sentias, tibiq; videatur; Et num hæc omnia noua, prorsusq; inaudita sint, audire nunc tandem, mi pater expecto. P. Opportunè fili, rem tantam nunc excitasti. Attende tamen, quia hæc verè noua; magna in
217 parte videbis. Noua hæc certè, quia multis antea sęculis inaudita: Noua; quia tanto locorum interuallo similia multa disseminata, vt hoc in mysterio contigit, minimè exaudita. Noua, quia neq; B. Mariæ Sacello, nec vllis Diuorum templis circumscripta; sed passim in vijs, & vicis hic, & illic occurrentia: Noua, quia non in Sacelli loco solùm, & Montisregalis Diœcesi se continuere mysteria; sed latius euagata, totam penè Patriam, & aliorum Episcoporum Diœceses, & oras impleuerunt: Noua quia cum casu, collisione, membrorumq; motione, alia multa tùm pietatis, & deuotionis, tùm etiam diuini cultus, innumeraq; alia similium rerum concurrerunt exempla: Noua, quia inauditus maximus, & quàm antea maior, ad nostra vsquè tempora fuerit, visus populorũ motus, atq; concursus: Noua quia deprauati multorum mores immutati; Simultates, & odia in amorem, pacem, quietemq; maximam versa. Noua, quia multorum furor, & rabies à pietatis ardore deuicta: Noua quia festiuæ puellarum choreæ, lasciuiq; cantus, atq; tripudia, in Hymnos; Litanias; piasq; preces, per vicos, per compita, per agros, per amęnas montium villulas, & vineas, toto Vindemiarum tempore, gaudio cum magno auditas; per consueta totius Patriæ itinera, & vbiq; locorum dulcissimè, & ad hilaritatem maximam (dictu incredibile) tanta omnium penè gentium compunctione, penitus commutata: Noua demum, quia tot gentium concursu;

ſu; remotiſſimorum populorum aduentu, tantiſq; mi-
raculorum, & gratiarum exemplis; tanta loci maieſta-
te, munerumq; magnificentia mixtum, fuit ad ſempi-
ternam hominum memoriam, nullo tempore perituram,
magnum hoc, & admirabile myſterium, ad exteras vſq;
gentes, longo iam tempore euagatum; ſuperno Dei iu-
218 dicio mirabiliter commonſtratum, & auctum. Sed non
omnino noua mi fili, quia multis antea ſæculis, maximus
etiam populorum motus, per magna Peregrinantium,
& gentium agmina proceſſionaliter huc, & illuc comean-
tia viſus, & à multis, (paucos tamen ad menſes) quoque
notatus; ſed alia longè, diuerſaq; ratione ab eo, quem B.
Maria ad Sacrum Vici Sacellum, tanta cum veneratio-
ne latius extendendo, hoc tempore indicauit: Non etiam
219 prorſus nouum miraculorum, atque gratiarum myſte-
rium; populorum concurſus; ac etiam mulierum, & ho-
minum in Templis, & Sacellis, varijſq; locis in terram
prolapſus; Inde illis velut ſopore excitatis, cum animo-
rum, corporumq; perturbatione; terrore, palore, ſiuo
langore, non leui cum animorum affectu, è terra ſurre-
220 ctio: Cùm talia quoq; exaudita proximis annis, & ſimi-
lium rerum, in Ciuitate Lucana exempla; ſed non ita lon-
gè, lateque extenſa, ac tanta rerum varietate common-
ſtrata; & illuſtrata; omnia tibi clarius infra ſigillatim (ſi
attenderis) aperienda. *Jo.Fran.* Antequàm ergo feſtiuiſ-
ſime pater, in terram cadentium, & ſe tanta agitatione,
atq; tremore mouentium lapſus, cauſaſq;, & rationes
enarres; proferenda, meo iudicio in campo videntur, an-
tiqua illa veterum, nouiſſimorumq; motuum, & caſuū
exempla, nobis prorſus incognita; omnia verè memo-
randa, noſtraq; memoria feliciter retinenda. *P.* Benè ſen-
tis fili, & illa primum omnia proferenda videntur, vt cun

ctis

ctis antea cognitis, atq; perspectis, singulorum exemplorum causas, atq; rationes facilius contéplari, dignoscereq; possimus. *Io.Franc.* Quæ itaq; illa sunt pater? dá operam, vt ea si placet audiamus. *P.* Si me attentissimis animis, summaq; vt decet, cum voluntate audieritis, iu-
221 cunda, & noua intelligetis filij. Nonnullas in primis reperi, antiquo tempore Peregrinationes, In Italia excitatas; Vnam anno 1260. Quæ Perusiæ cœpit, cum copiosa satis gentium manu, crucem anteferente: Aliam anno 1305. quæ Perusiæ etiam initium habuisse traditur, & maiore cum populi frequentia, cum supplicijs processionaliter cantando, atq; deuotè quoq; misericordiam exclamando progrediebatur; Quæ quidem omnia, breui sat tempore, sineque alio mysterio perdurasse feruntur.
222 Tradiderút insuper Veteres, mi fili, inter quos offendi, grauissimos huius rei scriptores, Cronicorum, & Cronicorum Compendij Compilatores; Beatumq; Antoninú Florentiæ Ciuem; Illos in sexta mundi ætate; Istum in prima principali historiarum parte, tertia parte; titu, 22. cap. 3. §. 32. & recentiores alios, Neotericosq; Scriptores, anno post Christum natum, Millesimo trigentesimo nonagesimo nono, mirabilem populorum motú, proximè adductis longè maiorem, in tota pene Italia, factum fuisse; omnem ferè multitudinem in Cisalpina Gallia, vno motu vestes albas ex tella, linoq; confectas, ad pedes vsq; protensas; cum capucijs (vt loquuntur ipsi) Religiosorum, Caparum instar, quibus facies velabant in-
223 duisse; Ab eisq; Disciplinatorum, siue Cruciatorum Societates, & Sodalitates initium duxisse, creduntur: Qua commotione, & nobiliores fœminas simul, & viros, Principes, Episcopos, Clerosq;, & cuiuscunq; ordinis Religiosos incredibili deuotionis ardore ductos, in simili habitu

bitu incedere tentasse: Illorum autem Dealbatorum, longa agmina, ad vicinas vrbes commeasse, processionaliter binos, & binos pergentes pacem, & misericordiam supplici clamore sæpe, & sæpius clamasse, hymnumque cantasse, Stabat mater dolorosa, &c. Neminemq; tradunt per ea tempora dolo deceptum, nullum iniuriam passum. Aduenarum neminem oppressum; vt viderentur tacitæ quædam inter mortales, & hostes eo tempore induciæ intercessisse. Talem proinde motum Augusti mense inchoatum, ad tres ferè menses, incerto initio, prorsusque incognito tantùm durasse: Primos fuisse Lucensium ad tria millia concursus, albis togis indutos; Hosq; Lucenses Florentiam statim petijsse, singulis velata facie subsequentibus; Ad Lucenses autem prius venisse Genuenses: ad Genuenses Gallos; Ex Etruria in Vmbriam, siue Spoletum; Ex Vmbria in Sabinos, & in Picentes, siue Anconitanos; & Marsos, ac cæteras subindè gentes ma-
224 gno quosq; motu progressos; Concludentes demum talem Religionis auctorem, Sacerdotem quendam fuisse, qui tantam vultu, ac verbis modestiam præ se ferre videbatur, vt ab omnibus Sanctus, & venerabilis haberetur: Demum Viterbij compræhensum (& si dissentiat in hoc alij) superstitionisq; conuictum, Bonifacij Pontificis Ma
225 ximi iussu, igni concrematum: Ea tamen omnia cum his, quæ modo tractanda suscepi, nulla mihi ratione conferenda videntur: Quæ penè cuncta, quia magna, nec passim omnibus obuia, latius quàm expediret transcribere, fili carissime iuuit; vt singula ea, qua decet diligentia perpendendo, animaduertere commodè possis, quantòpere distet maximum hoc, & memorabile B. Mariæ my-
226 sterium, ab exemplis illis nuper à me relatis: Ibi enim locus, quo tanta confluerct gentium multitudo incertus,

N. incer-

incertæq; sedes; Ibi motus, tamquam malo, & pessimo excitatus auctore, breui tempore extinctus: Ibi miracula nulla; gratiæ nullæ, dona, munera, & eleemosinæ nullæ ingentes, & magnæ referuntur: Ibi nulli casus, nullíq; ad terram prolapsus; nullus terror, nulla capitum, & membrorum tremula agitatio; nullus sopor, & subita è terra erectio; Ibi non tanta ad vnum locum multitudo, atq; frequentia, è longinquis partibus, & prouincijs tanto concursu, varioq; habitu aduentare solita: Ibi multa & multa alia, hic palàm visa, & audita, defuere mysteria: Ibi malum principium, pessimi successere euentus, ac magna sequēti Iubilei anno pestis, Florentiam, aliasq; multas orbis partes miserrimè inuasit; Quod hic non euenturum, multa coniecturata argumenta, signaq; inferius indicanda commonstrant; quodq; ita futurum, Deo dante, mi fili speramus. *Io.Fran.* Quid autem aliud est illud mysterium, tanta fama concelebratum, quod è Lucana Ciuitate proximè retulisti, mi pater, nobis nouum, & inauditum, in quo quidem multa, in magno hoc B. Mariæ Vici mysterio proxima, simillimaq; commemo-
227 rasti? *P.* Perlegi noua cum iucunditate libellum, nouissimè ad manus meas allatum, vbi singula miracula, & mysterij exempla, quæ Lucæ contigerunt accuratè, fideliterq; recitantur. *Io.Franc.* Et quæ quæso sunt ista? quale mysterium, quidque commune, cum admirabili nostro isto mysterio habent? *P.* Breuis, & summa historiæ illius enarratio extat: Anno 1588. penultimo Martij mensis, militem quendam, ad vnam ex portis Ciuitatis Lucanæ, talis ludentem, in atrocissimasq; blasphemias prorūpentem, irato, & peruerso animo, contra B. Virginis imaginem, proximo muro depictam, tesseras proiecisse; magnoq; Dei iudicio, eiusdē brachij rupturam repentè passum;

ſim; Totam, (hoc exaudito) Ciuitatem commotam; Vir-
ginis effigiem, mira arte è muro defixam, ad præcipuam
Ciuitatis Baſilicam, magna, & noua pompa, frequen-
tiſſimo Senatorum, & Procerum, Ciuiumq; concurſu;
vniuerſo comitante Clero delatam: Maxima inde ad eam
frequentia, omniumq; veneratione creſcente. Magna
viſa miracula, exemplaq; memoranda. At illa referun-
tur inter alia multa, memoria magna condigna, his qui
vel ſtatim, aut ſenſim, ſalutis incrementa recipiebant;
vel ſalui omnino à morbis, quibus detinebantur fiebant,
multa contingere, ante ſalutis dona conſueuiſſe; dum
vel vehementiſſimis, aſperrimiſq; doloribus, alij confli-
ctabantur; alij vultus pallore; alij totius corporis laſsitu-
dine opprimebantur: alij tremore maximo, ſimiliuè af-
fectu detinebantur: Poſtq; omnia maximam animorum
hilaritatem, iucundamq; corporis leuitatem, mira cum
alacritate ſentire, apertè omnes prædicabant: Vnde illud
deprehendere eos, & obſeruare conſueuiſſe, teſtatur hi-
ſtoria, in terram tremulis manibus, membriſq; caden-
228 tes, gratiam aliquam recipere, vt plurimum cenſeri: Illud
præterea non ſine magna, & ſpeculantium, & ſublimia
contemplantium admiratione eueniſſe, illo tempore fe-
runt, à die 24. Maij vſque ad ſolemnia Pentecoſtes feſta,
quæ quinto Iunij die, eo anno cadebant; non tantum
Lucæ, eiuſq; in territorio, ſed alijs etiam pluribus in lo-
cis, in Florentina præcipuè, Ferrarienſiq; ditionibus, Lu-
cæ tamen Diœceſi ſubiectis, magnam virorum, atq; mu-
lierum, ad ducentum numero multitudinem, dum in
templis benè valentes orarent, maximis tremoris agita-
tionibus oppreſſam: omnes inde ad terram proſtratos,
repenteq; velut ſomno excitatos, per integras horas, tali
ſopore detentos; ſic humi iacentes ad duas, quatuor, &

ad ſex vſque horas conſtitiſſe; Inde recipiſcentes, referre
ſolitos varias, atq; diuerſas illuſiones, cogitationes, atq;
fictiones, eorum animis illa quiete obuerſatas; Multaq;
multis cogitanda, hæc tanta dediſſe: Quæ quidem om-
nia ceſſaſſe dicuntur, ſuſceptis ab eis pœnitentiæ, & Eu-
chariſtiæ, iuſſu Epiſcopi, ſacramentis. Super iſtis itaq;
omnibus fili cariſſime, innitenda in parte erit, fabricæ no-
229 ſtræ textura. *Jo. Fran.* Præmiſsis exemplis, aptè igitur
enarratis, promiſſorum videtur iam reddenda ratio pater.
& exquirenda lapſuum tantorum cauſa: *P.* Magna eſt
iſta quæſtio mi fili; quæ maiores me, iam valdè perturba-
uit, & torſit, atq, humanam fugiunt herclè iſta ſapientiã:
cùm de tàm occultis, ætateq; noſtra quantùm lectura,
& hominum linguis aſſequi potui, tantùm auditis; ſit
perſcrutanda ratio; diuinæ voluntati, & iudicio tantùm
verè relinquenda: Enitar tamen paululum, ingenij tui
aciem eleuare, ad ſublimioraq; promouere: Atq; vt aptius
rem tantam intelligas; preponendum in primis, inter cæ-
230 tera eſt, Apoſtoli exemplum Act. 9. Quod ſolum, maxi-
mum rei huic lumen afferre, mea quidem ſententia, no-
ſcitur: Cùm enim Paulus, Eccleſiam Dei acriter perſe-
queretur, Damaſcum proficiſcens, fuit in via, luce ma-
gna de cęlo circunfulſus, & cadens in terram, audiuit vo-
cem dicentem ſibi, Saule, Saule, quid me perſequeris?
& quæ ſequuntur: Inde tremens, & ſtupens ſurgens de
terra, apertiſque oculis nihil videbat, & per tres integros
dies, nec vidit, comedit, aut aliquid bibit, donec ab
Anania Chriſti diſcipulo, impoſitis ſuper eum manibus,
viſum recepit; & ceciderunt ab oculis eius tamquàm
ſquamæ, vt ait textus. Ex quo quidem loco apparet, ta-
231 les ad terram prolapſus, diuina gratia, & beneficio pri-
mùm proceſſiſſe; & quo ad quid, & in parte harum hoc
tem-

tẽpore, hocq; in mysterio gentiũ casus, esse Pauli perturbationi, casui, & longo sopori simillimos: Ibi enim Paulus, in terram quoq; decidit; perturbatus, & semianimis remansit; & tamquam longo trium dierum sopore expergefactus, multa Dei arcana, in spiritu videns, gratiamq; recipiens, hilaris valdè, Deumq; collaudans euasit; vt plerosq; etiam, maximam animi hilaritatem, atq; iucunditatem, ex similibus casibus suscepisse audiuimus. *Io.Fran.* Quia mox alia extare harum perturbationum, ad terramq; prolapsuum exempla indicasti, aperi quæso, si quæ alia depræhenderis, in sacra pagina harum rerum te-

232 stimonia. *P.* Multa existimo passim obuia reperiri; sed paucis tantùm, rem comprobando, contentus esto: & omisso Thomæ Apostoli exemplo, supra iam recitato; Illud primùm offendi, apertum horum ad terram lapsuum testimonium Iob 12. circa finem, vbi Raphaele Angelo loquente, & se vnum ex septem ante Dominum stantibus dicente, Tobiæ filij, hæc audientes turbati, atq; trementes, ceciderunt super terram, in faciem suam; & Angelo recedente, prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum, & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius. Alia præterea perturbationum argumenta, patent satis aperta. Genes. 15. Ibi cùm Sol occubuisset, sopor irruit super Abraam, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Item Lucæ 1. vbi Zacarias viso Angelo perturbatus constitit, & per tempus mutus euasit: & B. Virgo, viso quoq; Gabriele Angelo, turbata remansit in sermone eius: & Mar. 9. vbi Discipuli in Transfiguratione coram Christo, erant timore exterriti, ait textus: & eleganter Ioan. Apocalip. 1. vbi visione illa humanæ figuræ, cum candelabris septem aureis, septemque stellis, &

233 alijs signis perturbatus, cecidit ad pedes eius, tamquàm

mor-

mortuus, & toto illo libro multa; Quæ quidem omnia, diuinæ virtutis specimen fuisse, nemo negabit? Horum ratio meo iudicio clara, quia noua omnia; & si lætitiæ plena turbant, & terrent? Ex his tantis, mi fili, ego hunc
234 in terram collapsum minimè, prorsusq; nouum, & singularem, sed à Deo aliàs permissum; & felici omine nunc emanatum fatendum proculdubio reor, Nec etiam nunc omnino nouum, Lucæ illa mysteria, exemplaq; testantur: Sed est nouum quidem, & singulare, prorsusq; inauditum mysterium, quòd tantam, & tam copiosam cadentium multitudinem, tantis in locis, templis, & vicis hic, & illic, ad plus decem millia, vnius, vel circa mensis spatio prolapsam, mirabiliter viderimus, inspexerimus, passimq; audiuerimus: Est etiam nouum, quòd huiuscemodi animorum, corporumq; perturbationes, tam latè & fusè, totq; in locis disseminatæ, & sparsæ, tot alijs intermixtis mysterijs, hoc toto tempore fuerint? *Io. Fran.* Quæ autem probabilis tantarum perturbationum, & casuum potest afferri ratio? *P.* Et si toties dixerim, similia
235 Dei solius iudicio, omnino relinquenda; scio tamen aliquibus placuisse, hæc videri arte potius quadam, nimiaque curiositate, quàm alia de causa prouenisse, vt viderentur, & ipsi, Deo accepti, gratiarumq; tantarum redi participes: Alijs verò quadam pietatis, & ardentis deuotionis æmulatione; sed his, qui similia, ad ignominiã magnam, & dedecus maximum habentes, illa detestati tantoperè sunt, hæc non arrident: Alios quoque dixisse non ignoro, Demonis potius astu, atque virtute omnia prouenisse, sed repugnat omnino, Pauli Apostoli exemplum, supra relatum, moxq; alia tacta: Nec tantam hoc casu, Demoni permissam à Deo potestatem ego crediderim, vt tantam in templis, sacellis, vijs, & vbiq; locorum

exci-

excitare potuerit, ac promouere mulierum, atq; virorum aliquin sapientum, & piorum multitudinem; quod etiã finis, optimiq; successus in multis, Deum, Beatamq; Virginem summis prçconijs; statim hilari vultu collaudantibus, sceleraq; detestantibus apertè, mea sententia con uincunt: Perturbamur enim, & à Domino alienamur affectu (inquit Ambrosius), quando restringimur alicu-
236 ius superioris potestatis occursu. Cuius tantà rei (& attende fili, mysterij arcanum, & veram, solidamq; distinctionem) illa subtilis traditur à D. Thoma differentia 3. par. quæst. 30. artic. 3. Si enim, ait ille, post tremorem, atq; timorem successerit gaudium, à Domino venisse sciendum est auxilium; quia securitas animæ, præsentis maiestatis est indicium; si autem incussa formido permanse-
237 rit, hostis est, qui videtur. Et postquam ad visiones istas, illusionesq; descendimus, in medium afferre iuuabit, quod ad rem Iulius Sirenus lib. 9. de fato cap. 27. adnotauit; Differentiam visionis bonæ, & malæ quoque prudenter aperiens; Nam inquit ipse, si de re futura visio contingat, sicut certè non nouit Diabolus, quod futurum est, ita ab illo visio nobis de re clara admodum, exhiberi non potest. Rursus quæ à Demone visiones nobis offeruntur, monstruosi, & horroris nonnihil habere videntur; at quæ à Deo iucundæ, & lucidæ. Item quòd, quæ à Demone sunt, aliquid habent annexi, quod Christianæ religioni, & pietati modo aliquo aduersatur. Concludens eas, quæ à Demone exhibentur, non visiones, sed illusiones magis dicendas: & si omnia hæc tibi forte sic non passim obuia, attenderis fili, in posterum non errabis. Ego itaque cùm firmissimè teneã, diuina ope, atq; virtute, proximis argumẽtis adductus, simi lia prçcipuè euenire, lçto exitu, vt supra ꝑspecto (& si De-

monem etiam, ad tanti mysterij perturbationem, aliqua interserere tentasse nō negem) tacito, & occulto Dei iudicio, hæc omnia, hoc in mysterio Gloriosissimæ Virginis intercessione, & precibus excitata putarem; (tamquàm præcipua arcanæ salutis, et argumenta) ad fidelium animos, ad superna contemplanda, mortaliaq; despicienda eleuandos; ad rectam diuini cultus, superniq́ue timoris viam amplectendam; ad vitia, & scelera, in quibus immersi pleriq; erant abijcienda, atq; vitanda; vitam corrigendam; & humanæ huius vitæ ærumnas, clarius agnoscendas: Quod exemplis multis, in itinere obseruatis, adnotare iuuit; cùm plerasq; mulierculas, hac ratione pro-
239 lapsas, gratijsq; vt prædicabant potitas, mala de se præbuisse mortalibus exempla; hacq; Virginis vocatione, & compunctione eguisse, si me mea non fallit opinio, animaduerterim, clareque coniecerim: Hæc multorum emissa religionis vota; aliorum emendati mores; nonnullorum demissa effrenata, indomitaq; superbia, & tot aliorum, his tantis visis, suscepta ex animis exempla, aperta, viuaq; mihi coniectura commonstrant: vt similibus, maximis, nouis, atq; horrendis ocularitér inspectis, magis commouerentur tarda, stupida, leuia, remissa, atque deuia nimis, mortalium infidorum corda. *Io.Fran.* Ergo mi pater, hos tantos, tamq; frequentes ad terram collapsus, vel diuino iudicio; vel Demonis tantum arte euenire concludis: An alia de causa, contingere sic potuisse deprehendis? hæc mihi auditu, non iniucunda erunt. *P.* Ego quidem, mi fili, in hoc plurimum elaboraui, quòd enim modò quæsisti, nemo leuiter explicari tibi posse, confidet; & vt cum Platone, in Dialogo de Ente loquar, si à disputandi rationibus, rectaq; veritatis semita, in his, & alijs aberrauero, animaduertat, atque

corri-

corripiat ipse redargutionis quidam ( vt intelligar ) Deus: nam quod ad rem attinet, præter ea, quæ de furore, paulò post, ad rem istam iamiam adducam; naturaliter etiam illos ad terram prolapsus, euenire potuisse mihi quoque persuadeo: Quæ quidam omnia, sat apertè, argumentis vera conijcio: ex vera namq; sympathia, siue condolentia, quam sic appellare hoc loco iuuat; cuius causa, multa etiam in anima trahi, afficique auctores grauissimi affirmarunt, hæc quoq; prouenisse, quis quæso negabit? Dum tales toto animo, mente, & oculis, in res tam varias, tam monstruosas; luctus, & meroris plenissimas coniectis; inedia præsertim, langore, macieq; confectis, aliorum lapsus intuentes, & miserantes, animi deliquium, ex tanto horrore hausisse, repenteq; velut exanimes, vertigine suborta etiam sic consistere potuisse, non est à naturali ratione prorsus alienum: sicut enim, naturali quadam quoque virtute, crebrò oscitantes, nos ad oscitandum impellunt: sauciorum vulnera, flobotomaciones, venarumvè sectiones, miserrimiq; aliorum casus, nos ad mæstitiam grauissimam vrgent, animiq; deliquiũ pariunt: Panis hebeti gladio scisus, & crepitans, horrorem maximum incutit, dentiumq; stuporem acerbum affert: luporum aspectus, loquendi facultatem adimit, totosq; conturbat, & redit quasi mutos: Stridor etiam limæ ferrum terentis, audientes ita conterret, vt grauem toto corpore horrorem incutiat: obscena demum, fetida, & spurca mortalium oculis obiecta, ad nauseam illicò prouocant: Huiusq; generis alia permulta, latentia naturæ arcana, continuò vsu obseruata demonstrant: Cur & non istis, similibusq; exemplis adducti, lapsus etiam illos conijcimus, faterique cogimur, naturali quoque ratione, propter sympathiam, miserationemq; maximam,

& alia tacta, potuiſſe in multis, præſertim debilibus, mollibus, & delicatis hæc euenire? hoc mihi probabile certè, & quod etiam vidimus, hac in parte teſtamur. *Io.Fran.* Quid autem de ægrotorum caſu, quoq; dicendū? *P.* Quo verò ad infirmorum, miracula ſuſcipientiū perturba-
240 tiones, varijs iam modis euenire demonſtratas, cùm neminem ſatis exploratam ferre ſententiam, aut quæſtioni tantæ ſatisfacere viſus fuerit; vt tibi tandē ſummo quæſita ſtudio tradam: Nec illud addere inſolitum prorſus, mea ſententia erit fili, ſi dixerimus etiam ſigna, & accidentia iſta, in ægrotis, corpore vitiatis, ac etiam benè valentibus contingentia, diuina voluntate ideo prouenire, vt clarius humanæ naturæ imbecillitas, non ſatis mortalibus nota, dignoſceretur; quæ in diuinorum bonorum ſuſceptione languet, miſerrimeq; vexatur; cùm ea excipiat, ſua potentia difficillima, & ardua, tamquā à ſummo ipſo Deo prouenientia. Eoq; hoc tātò magis ſuaderi videtur, cùm breui hoc momento, natura ipſa, noua quodammodo virtute, Phenicis inſtàr renouata, maiore vi adiuta, & penè immutata, tantaq; nouitate perterrita, ab vna in alteram transformata naturam, toto corpore, totis membris, & humoribus, ad tantam iacturam doloremq; concurrentibus velocißimè tranſeat; De quibus omnibus certam, determinatamq; rationem, vix poſſe adduci, mi fili concludo; ſed paucis iſtis libatis, Dei ſolius voluntati, atq; iudicio penitus, qui omnia nouit, eſſe talia relinquenda. *Io.Fran.* Ex multis, quæ hactenus copiosè ſatis, mi Colendiſſimè pater adduxiſti, perſtringendo collegi, hos ad terram lapſus, aliaq; myſteria latè explicata, non omnino noua, & inſolita; Collegi etiam miracula, & gratias, vt plurimum ſolere cum cruciatu, corporiſq; perturbatione euenire, vt ex B. Franciſci vita;

244 conteri potius omnino debere, viderentur: Taceo multorum ductas in Natiuitate B. Mariæ Septembris, præcipuo Pilarij festo, choreas; & ante illius Sacelli aras, ridiculas, saltationes; vt congruo ordine, & ad numerum, tamquam dulci promouente sono, solitoq; more, velut in scena saltare, & saltitare visi à multis, & multis eo in loco fuerint: Taceo alios, velut immundo spiritu ductos, frementes, atq; pauētes: Taceo etiā nouū illud Bugellani cuiusdam exemplum, qui è Mōteregali ad B. Virginis Sacellū proficiscēs, pedibus in via, cū alijs Comitib. progrediens, tali fuit fremore, furoreq; perterritus; vt humi hærens, genibus, & palmis ita terram cum furore, quadrupedis more raptauerit; vt per dumos, per rubos, per inuia loca, ita pronus gradiendo, genuum, & manuum palmas, penitus excorticatas ostenderit; adeò vt his tantis adducti, perterritiq; exemplis multi, ad Basilicam illam Virginis memorandam, accedere grauiter formidarent: omnia certè, mi pater, horrenda, monstruosa, formidinis, & admirationis vndequaque plena. Quid de his, alijsq; similibus, quæso dicendum? P. Magna sunt, & ardua, quæ adducis fili, non modò mirabilia, sed prodigijs etiam ferè simillima; grauia proculdubio, & omnino incomprehensibilia, quæ me non tantùm, sed (mihi crede) excellenti etiam animo, ac virtute viros, vehementer torserunt, & perturbarunt. Sed si mentem, & animum huc diligenter intenderis, hæc omnia quanto magis grauia, & magna; tanto magis mysterij tanti famam augere, ex-
245 tollere, atq; illustrare noscuntur: Vt enim summi belli Duces, & Imperatores, penes quos viget bellicarum rerū summa potestas, si ad fortissimam, munitissimamq; propugnaculis arcem expugnandam, accesserint; maiores vndique vires, maiorem hominum peritiam, solertiam,

atq;

tiusq; corporis frequenti agitatione, atq; motione? Quid inde de eorum disertis sermonibus, quod antea dicturũ te promisisti sentias, tibiq; videatur; Et nũm hæc omnia noua, prorsusq; inaudita sint, audire nunc tandem, mi pater expecto. *P.* Opportunè fili, rem tantam nunc excitasti. Attende tamen, quia hæc verè noua, magna in
217 parte videbis. Noua hæc certè, quia multis antea sęculis inaudita: Noua, quia tanto locorum interuallo similia multa disseminata, vt hoc in mysterio contigit, minimè exaudita. Noua, quia neq; B. Mariæ Sacello, nec vllis Diuorum templis circumscripta; sed passim in vijs, & vicis hic; & illic occurrentia. Noua, quia non in Sacelli loco solùm, & Montisregalis Diœcesi se continuere mysteria; sed latius euagata, totam penè Patriam, & aliorum Episcoporum Diœceses, & oras impleuerunt: Noua quia cum casu, collisione, membrorumq; motione, alia multa tùm pietatis, & deuotionis, tùm etiam diuini cultus, innumeraq; alia similium rerum concurrerunt exempla: Noua, quia inauditus maximus, & quàm antea maior, ad nostra vsquè tempora fuerit, visus populorũ motus, atq; concursus: Noua quia deprauati multorum mores immutati; Simultates, & odia in amorem, pacem, quietemq; maximam versa. Noua, quia multorum furor, & rabies à pietatis ardore deuicta: Noua quia festiuæ puellarum choreæ, lasciuiq; cantus, atq; tripudia, in Hymnos; Litanias; piasq; preces, per vicos, per compita, per agros, per amęnas montium villulas, & vineas, toto Vindemiarum tempore, gaudio cum magno auditas; per consueta totius Patriæ itinera, & vbiq; locorum dulcissimè, & ad hilaritatem maximam (dictu incredibile) tanta omnium penè gentium compunctione, penitus commutata: Noua demum, quia tot gentium concursu;

su; remotissimorum populorum aduentu, tantisq; miraculorum, & gratiarum exemplis; tanta loci maiestate, munerumq; magnificentia mixtum, fuit ad sempiternam hominum memoriam, nullo tempore perituram, magnum hoc, & admirabile mysterium, ad exteras vsq; gentes, longo iam tempore euagatum; superno Dei iu-
218 dicio mirabiliter commonstratum, & auctum. Sed non omnino noua mi fili, quia multis antea sæculis, maximus etiam populorum motus, per magna Peregrinantium, & gentium agmina processionaliter huc, & illuc commeantia visus, & à multis, (paucos tamen ad menses) quoque notatus; sed alia longè, diuersaq; ratione ab eo, quem B. Maria ad Sacrum Vici Sacellum, tanta cum veneratione latius extendendo, hoc tempore indicauit: Non etiam
219 prorsus nouum miraculorum, atque gratiarum mysterium; populorum concursus; ac etiam mulierum, & hominum in Templis, & Sacellis, varijsq; locis in terram prolapsus; Inde illis velut sopore excitatis, cum animorum, corporumq; perturbatione; terrore, palore, siue langore, non leui cum animorum affectu, è terra surre-
220 ctio: Cùm talia quoq; exaudita proximis annis, & similium rerum, in Ciuitate Lucana exempla; sed non ita longè, lateque extensa, ac tanta rerum varietate commonstrata; & illustrata; omnia tibi clarius infra sigillatim (si attenderis) aperienda. *Jo.Fran.* Antequàm ergo festiuissime pater, in terram cadentium, & se tanta agitatione, atq; tremore mouentium lapsus, causasq;, & rationes enarres; proferenda, meo iudicio in campo videntur, antiqua illa veterum, nouissimorumq; motuum, & casuũ exempla, nobis prorsus incognita; omnia verè memoranda, nostraq; memoria feliciter retinenda. *P.* Benè sentis fili, & illa primùm omnia proferenda videntur, vt cun

ctis antea cognitis, atq; perspectis, singulorum exemplorum causas, atq; rationes facilius contēplari, dignoscereq; possimus. *Io.Franc.* Quæ itaq; illa sunt pater? dā operam, vt ea si placet audiamus. *P.* Si me attentissimis animis, summaq; vt decet, cum voluntate audietis, iu-
221 cunda, & noua intelligetis filij. Nonnullas in primis reperi, antiquo tempore Peregrinationes, In Italia excitatas; Vnam anno 1260. Quæ Perusiæ cœpit, cum copiosa satis gentium manu, crucem anteferente: Aliam anno 1305. quæ Perusiæ etiam initium habuisse traditur, & maiore cum populi frequentia, cum supplicijs processionaliter cantando, atq; deuotè quoq; misericordiam exclamando progrediebatur; Quæ quidem omnia, breui sat tempore, sineque alio mysterio perdurasse feruntur.
222 Tradiderūt insuper Veteres, mi fili, inter quos offendi, grauissimos huius rei scriptores, Cronicorum, & Cronicorum Compendij Compilatores; Beatumq; Antoninū Florentiæ Ciuem; Illos in sexta mundi ætate; Istum in prima principali historiarum parte, tertia parte; titu. 22. cap. 3. §. 32. & recentiores alios, Neotericosq; Scriptores, anno post Christum natum, Millesimo trigentesimo nonagesimo nono, mirabilem populorum motū, proximè adductis longè maiorem, in tota penè Italia, factum fuisse; omnem ferè multitudinem in Cisalpina Gallia, vno motu vestes albas ex tela, linoq; confectas, ad pedes vsq; protensas; cum capucijs (vt loquuntur ipsi) Religiosorum, Caparum instar, quibus facies velabant induisse; Ab eisq; Disciplinatorum, siue Cruciatorum Societates, & Sodalitates initium duxisse, creduntur: Qua commotione, & nobiliores fœminas simul, & viros, Principes, Episcopos, Clerosq;, & cuiuscunq; ordinis Religiosos incredibili deuotionis ardore ductos, in simili habitu

bitu incedere tentaſſe: Illorum autem Dealbatorum, longa agmina, ad vicinas vrbes commeaſſe, proceſſionaliter binos, & binos pergentes pacem, & miſericordiam ſupplici clamore ſæpe, & ſæpius clamaſſe, hymnumque cantaſſe, Stabat mater dolorosa, &c. Neminemq; tradunt per ea tempora dolo deceptum, nullum iniuriam paſſum. Aduenarum neminem oppreſſum; vt viderentur tacitæ quædam inter mortales, & hoſtes eo tempore induciæ interceſſiſſe. Talem proinde motum Auguſti menſe inchoatum, ad tres ferè menſes, incerto initio, prorſuſque incognito tantùm duraſſe: Primos fuiſſe Lucenſium ad tria millia concurſus, albis togis indutos; Hoſq; Lucenſes Florentiam ſtatim petijſſe, ſingulis velatā facie ſubſequentibus; Ad Lucenſes autem prius veniſſe Genuenſes: ad Genuenſes Gallos; Ex Etruria in Vmbriam, ſiue Spoletum; Ex Vmbria in Sabinos, & in Picentes, ſiue Anconitanos; & Marſos, ac cæteras ſubindè gentes ma-
224 gno quoſq; motu progreſſos; Concludentes demum talem Religionis auctorem, Sacerdotem quendam fuiſſe, qui tantam vultu, ac verbis modeſtiam præ ſe ferre videbatur, vt ab omnibus Sanctus, & venerabilis haberetur: Demum Viterbij compræhenſum (& ſi diſſentiāt in hoc alij) ſuperſtitioniſq; conuictum, Bonifacij Pontificis Ma-
225 ximi iuſſu, igni concrematum: Ea tamen omnia cum his, quæ modo tractanda ſuſcepi, nulla mihi ratione conferenda videntur: Quæ penè cuncta, quia magna, nec paſſim omnibus obuia, latius quàm expediret tranſcribere, fili cariſſime iuuit; vt ſingula ea, qua decet diligentia perpendendo, animaduertere commodè poſſis, quantòperè diſtet maximum hoc, & memorabile B. Mariæ my-
226 ſterium, ab exempl[illegible]llis nuper à me relatis: Ibi enim locus, quo tanta conflueret gentium multitudo incertus,

incertæq; ſedes; Ibi motus, tamquam malo; & peſſimo excitatus auctore, breui tempore extinctus: Ibi miracula nulla; gratiæ nullæ, dona, munera, & eleemoſinæ nullæ ingentes,& magnæ referuntur:Ibi nulli caſus, nulliq; ad terram prolapſus; nullus terror, nulla capitum, & membrorum tremula agitatio; nullus ſopor, & ſubita è terra erectio; Ibi non tanta ad vnum locum multitudo, atq; frequentia,è longinquis partibus, & prouincijs tanto concurſu, varioq; habitu aduentare ſolita: Ibi multa & multa alia, hic palàm viſa, & audita, defuere myſteria: Ibi malum principium, peſſimi ſucceſſere euentus, ac magna ſequēti Iubilei anno peſtis,Florentiam, aliaſq; multas orbis partes miſerrimè inuaſit; Quod hic non euenturum,multa coniecturata argumenta,ſignaq; inferius indicanda commonſtrant; quodq; ita futurum,Deo dante, mi fili ſperamus. *Io.Fran.* Quid autem aliud eſt illud myſterium, tanta fama concelebratum, quod è Lucana Ciuitate proximè retuliſti, mi pater, nobis nouum, & inauditum, in quo quidem multa, in magno hoc B. Mariæ Vici myſterio proxima, ſimillimaq; commemo-

227 raſti? *P.* Perlegi noua cum iucunditate libellum, nouiſſimè ad manus meas allatum, vbi ſingula miracula, & myſterij exempla, quæ Lucæ contigerunt accuratè,fideliterq; recitantur. *Io.Franc.* Et quæ quæſo ſunt iſta? quale myſterium; quidque commune, cum admirabili noſtro iſto myſterio habent? *P.* Breuis, & ſumma hiſtoriæ illius enarratio extat: Anno 1588. penultimo Martij menſis, militem quendam, ad vnam ex portis Ciuitatis Lucanæ, talis ludentem, in atrociſſimaſq; blaſphemias prorūpentem, irato, & peruerſo animo, contra B.Virginis imaginem, proximo muro depictam, teſſeras proieciſſe; magnoq; Dei iudicio,eiuſdē brachij rupturam repentè paſſum;

ſim; Totam, (hoc exaudito) Ciuitatem commotam; Virginis effigiem, mira arte è muro defixam, ad præcipuam Ciuitatis Baſilicam, magna, & noua pompa, frequentiſſimo Senatorum; & Procerum, Ciuiumq; concurſu; vniuerſo comitante Clero delatam: Maxima inde ad eam frequentia, omniumq; veneratione creſcente. Magna viſa miracula, exemplaq; memoranda. At illa referuntur inter alia multa, memoria magna condigna, his qui vel ſtatim, aut ſenſim, ſalutis incrementa recipiebant; vel ſalui omnino à morbis, quibus detinebantur fiebant; multa contingere, ante ſalutis dona conſueuiſſe; dum vel vehementiſſimis, aſperrimiſq; doloribus, alij confli-ctabantur; alij vultus pallore; alij totius corporis laſsitudine opprimebantur: alij tremore maximo, ſimilive affectu detinebantur: Poſtq; omnia maximam animorum hilaritatem, iucundamq; corporis leuitatem, mira cum alacritate ſentire, apertè omnes prædicabant: Vnde illud deprehendere eos, & obſeruare conſueuiſſe, teſtatur hiſtoria, in terram tremulis manibus, membriſq; caden-
228 tes, gratiam aliquam recipere, vt plurimum cenſeri: Illud præterea non ſine magna; & ſpeculantium, & ſublimia contemplantium admiratione eueniſſe, illo tempore ferunt; à die 24. Maij vſque ad ſolemnia Pentecoſtes feſta, quæ quinto Iunij die, eo anno cadebant; non tantum Lucæ; eiuſq; in territorio; ſed alijs etiam pluribus in locis; in Florentina præcipuè, Ferrarienſiq; ditionibus, Lucæ tamen Diœceſi ſubiectis, magnam virorum, atq; mulierum, ad ducentum numero multitudinem; dum in templis benè valentes orarent, maximis tremoris agitationibus oppreſſam: omnes inde ad terram proſtratos, repenteq; velut ſomno excitatos, per integras horas, tali ſopore detentos; ſic humi iacentes ad duas, quatuor, &

ad ſex vſque horas conſtitiſſe; Inde recipiſcentes, referre ſolitos varias, atq; diuerſas illuſiones, cogitationes, atq; fictiones, eorum animis illa quiete obuerſatas; Multaq; multis cogitanda, hæc tanta dediſſe: Quæ quidem omnia ceſſaſſe dicuntur, ſuſceptis ab eis pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, iuſſu Epiſcopi, ſacramentis. Super iſtis itaq; omnibus fili cariſſime, innitenda in parte erit, fabricæ no-
229 ſtræ textura. *Jo. Fran.* Præmiſsis exemplis, aptè igitur enarratis, promiſſorum videtur iam reddenda ratio pater: & exquirenda lapſuum tantorum cauſa: *P.* Magna eſt iſta quæſtio mi fili; quæ maiores me, iam valdè perturbauit, & torſit, atq, humanam fugiunt herclè iſta ſapientiā: cùm de tàm occultis, ætateq; noſtra quantùm lectura, & hominum linguis aſſequi potui, tantùm auditis; ſit perſcrutanda ratio; diuinæ voluntati, & iudicio tantùm verè relinquenda: Enitar tamen paululum, ingenij tui aciem eleuare, ad ſublimioraq; promouere: Atq; vt aptius rem tantam intelligas; proponendum in primis, inter cæ-
230 tera eſt, Apoſtoli exemplum Act. 9. Quod ſolum, maximum rei huic lumen afferre, mea quidem ſententia, noſcitur: Cùm enim Paulus, Eccleſiam Dei acriter perſequeretur, Damaſcum proficiſcens, fuit in via, luce magna de cęlo circunfulſus, & cadens in terram, audiuit vocem dicentem ſibi, Saule, Saule, quid me perſequeris? & quæ ſequuntur: Inde tremens, & ſtupens ſurgens de terra, apertiſque oculis nihil videbat, & per tres integros dies, nec vidit, comedit, aut aliquid bibit, donec ab Anania Chriſti diſcipulo, impoſitis ſuper eum manibus, viſum recepit; & ceciderunt ab oculis eius tamquàm ſquamæ, vt ait textus. Ex quo quidem loco apparet, ta-
231 les ad terram prolapſus, diuina gratia, & beneficio primùm proceſſiſſe; & quo ad quid, & in parte harum hoc

tem-

tēpore, hocq; in mysterio gentiũ casus, esse Pauli perturbationi, casui, & longo sopori simillimos: Ibi enim Paulus, in terram quoq; decidit; perturbatus, & semianimis remansit; & tamquam longo trium dierum sopore expergefactus, multa Dei arcana, in spiritu videns, gratiamq; recipiens, hilaris valdè, Deumq; collaudans euasit; vt plerosq; etiam, maximam animi hilaritatem, atq; iucunditatem, ex similibus casibus suscepisse audiuimus. *Io.Fran.* Quia mox alia extare harum perturbationum, ad terramq; prolapsuum exempla indicasti, aperi quæso, si quæ alia depræhenderis, in sacra pagina harum rerum te-
232 stimonia. *P.* Multa existimo passim obuia reperiri; sed paucis tantùm, rem comprobando, contentus esto: & omisso Thomæ Apostoli exemplo, supra iam recitato; Illud primùm offendi, apertum horum ad terram lapsuum testimonium Iob 12. circa finem, vbi Raphaele Angelo loquente; & se vnum ex septem ante Dominum stantibus dicente, Tobiæ filij, hæc audientes turbati, atq; trementes, ceciderunt super terram, in faciem suam; & Angelo recedente, prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum, & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius. Alia prætereà perturbationum argumenta, patent satis aperta. Genes. 15. Ibi cùm Sol occubuisset, sopor irruit super Abraam, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Item Lucæ 1. vbi Zacarias viso Angelo perturbatus constitit, & per tempus mutus euasit: & B. Virgo, viso quoq; Gabriele Angelo, turbata remansit in sermone eius: & Mar. 9. vbi Discipuli in Transfiguratione coram Christo, erant timore exterriti, ait textus: & eleganter Ioan. Apocalip. 1. vbi visione illa humanæ figuræ, cum candelabris septem aureis, septemque stellis, &
233 alijs signis perturbatus, cecidit ad pedes eius, tamquàm mor-

mortuus, & toto illo libro multa; Quæ quidem omnia, diuinæ virtutis specimen fuisse, nemo negabit? Horum ratio meo iudicio clara, quia noua omnia, & si lætitiæ plena turbant, & terrent. Ex his tantis, mi fili, ego hunc
234 in terram collapsum minimè, prorsusq; nouum, & singularem, sed à Deo aliàs permissum, & felici omine nunc emanatum fatendum proculdubio reor. Nec etiam nunc omnino nouum, Lucæ illa mysteria, exemplaq; testantur: Sed est nouum quidem, & singulare, prorsusq; inauditum mysterium, quòd tantam, & tam copiosam cadentium multitudinem, tantis in locis, templis, & vicis hic, & illic, ad plus decem millia, vnius, vel circa mensis spatio prolapsam, mirabiliter viderimus, inspexerimus, passimq; audiuerimus: Est etiam nouum, quòd huiuscemodi animorum, corporumq; perturbationes, tàm latè & fusè, totq; in locis disseminatæ, & sparsæ, tot alijs intermixtis mysterijs, hoc toto tempore fuerint? *Io. Fran.* Quæ autem probabilis tantarum perturbationum, & ca-
235 suum potest afferri ratio? *P.* Et si toties dixerim, similia Dei solius iudicio, omnino relinquenda, scio tamen aliquibus placuisse, hæc videri arte potius quadam, nimiaque curiositate, quàm alia de causa prouenisse, vt viderentur, & ipsi, Deo accepti, gratiarumq; tantarum redi participes: Alijs verò quadam pietatis, & ardentis deuotionis æmulatione; sed his, qui similia, ad ignominiã magnam, & dedecus maximum habentes, illa detestati tantoperè sunt, hæc non arrident: Alios quoque dixisse non ignoro, Demonis potius astu, atque virtute omnia prouenisse, sed repugnat omnino, Pauli Apostoli exemplum, supra relatum, moxq; alia tacta: Nec tantam hoc casu, Demoni permissam à Deo potestatem ego crediderim, vt tantam in templis, sacellis, vijs, & vbiq; locorum

exci-

excitare potuerit, ac promouere mulierum, atq; virorum aliòquin sapientum, & piorum multitudinem; quod etiã finis, optimiq; successus in multis, Deum, Beatamq; Virginem summis preconijs; statim hilari vultu collaudantibus, sceleraq; detestantibus apertè, mea sententia conuincunt: Pertubamur enim, & à Domino alienamur affectu (inquit Ambrosius) quando restringimur alicu-
236 ius superioris potestatis occursu. Cuius tantà rei (& attende fili, mysterij arcanum, & veram, solidamq, distinctionem) illa subtilis traditur à D. Thoma differentia 3. par. quæst. 30. artic. 3. Si enim, ait ille, post tremorem, atq; timorem successerit gaudium, à Domino venisse sciendum est auxilium; quia securitas animæ, præsentis maiestatis est inditium; si autem incussa formido permanse-
237 rit, hostis est, qui videtur. Et postquam ad visiones istas, illusionesq; descendimus, in medium afferre iuuabit, quod ad rem Iulius Sirenus lib. 9. de fato cap. 27. adnotauit; Differentiam visionis bonæ, & malæ quoque prudenter aperiens; Nam inquit ipse; si de re futura visio contingat, sicut certè non nouit Diabolus, quod futurum est, ita ab illo visio nobis de re clara admodum, exhiberi non potest. Rursus quæ à Demone visiones nobis offeruntur, monstruosi, & horroris nonnihil habere videntur; at quæ à Deo iucundæ, & lucidæ. Item quòd, quæ à Demone sunt, aliquid habent annexi, quod Christianæ religioni, & pietati modo aliquo aduersatur. Concludens eas, quæ à Demone exhibentur, non visiones, sed illusiones magis dicendas: & si omnia hæc tibi fortè sic non passim obuia, attenderis fili, in posterum non errabis. Ego itaque cùm firmissimè teneã, diuina ope, atq; virtute, proximis argumẽtis adductus, simi lia præcipuè euenire, læto exitu, vt supra ꝑspecto (& si De-

monem

monem etiam, ad tanti mysterij perturbationem, aliqua interserere tentasse nō negem) tacito, & occulto Dei iudicio, hæc omnia, hoc in mysterio Gloriosissimæ Virginis intercessione, & precibus excitata putarem; (tamquàm præcipua arcanæ salutis, et argumenta) ad fidelium animos, ad superna contemplanda, mortaliaq; despicienda eleuandos; ad rectam diuini cultus, superniq́ue timoris viam amplectendam; ad vitia, & scelera, in quibus immersi pleriq; erant abijcienda, atq; vitanda; vitam corrigendam; & humanæ huius vitæ ærumnas, clarius agnoscendas: Quod exemplis multis, in itinere obseruatis, adnotare iuuit; cùm plerasq; mulierculas, hac ratione pro-
239 lapsas, gratijsq; vt prædicabant potitas, mala de se præbuisse mortalibus exempla; hacq; Virginis vocatione, & compunctione eguisse, si me mea non fallit opinio, animaduerterim, clareque coniecerim: Hæc multorum emissa religionis vota; aliorum emendati mores; nonnullorum demissa effrenata, indomitaq; superbia, & tot aliorum, his tantis visis, suscepta ex animis exempla, aperta, viuaq; mihi coniectura commonstrant: vt similibus, maximis, nouis, atq; horrendis oculariter inspectis, magis commouerentur tarda, stupida, leuia, remissa, atque deuia nimis, mortalium insidorum corda. *Io. Fran.* Ergo mi pater, hos tantos, tamq; frequentes ad terram collapsus, vel diuino iudicio, vel Demonis tantum arte euenire concludis: An alia de causa, contingere sic potuisse depręhendis? hæc mihi auditu, non iniucunda erunt. *P.* Ego quidem, mi fili, in hoc plurimum elaboraui, quòd enim modò quæsisti, nemo leuiter explicari tibi posse, confidet; & vt cum Platone, in Dialogo de Ente loquar, si à disputandi rationibus, rectaq; veritatis semita, in his, & alijs aberrauero, animaduertat, atque

corri-

corripiat ipse redargutionis quidam ( vt intelligar ) Deus: nam quod ad rem attinet, præter ea, quæ de furore, paulò post, ad rem istam iamiam adducam; naturaliter etiam illos ad terram prolapsus, euenire potuisse mihi quoque persuadeo: Quæ quidam omnia, sat apertè, argumentis vera conijcio: ex vera namq; sympathia, siue condolentia, quam sic appellare hoc loco iuuat; cuius causa, multa etiam in anima trahi, afficique auctores grauissimi affirmarunt, hæc quoq; prouenisse, quis quæso negabit? Dum tales toto animo, mente, & oculis, in res tam varias, tam monstruosas; luctus, & meroris plenissimas coniectis; inedia præsertim, langore, macieq; confectis, aliorum lapsus intuentes, & miserantes, animi deliquium, ex tanto horrore hausisse, repenteq; velut exanimes, vertigine suborta etiam sic consistere potuisse, non est à naturali ratione prorsus alienum: sicut enim, naturali quadam quoque virtute, crebrò oscitantes, nos ad oscitandum impellunt: sauciorum vulnera, flobotomaciones, venarumvè sectiones, miserrimiq; aliorum casus, nos ad mestitiam grauissimam vrgent, animiq; deliquiũ pariunt: Panis hebeti gladio scisus, & crepitans, horrorem maximum incutit, dentiumq; stuporem acerbum affert: luporum aspectus, loquendi facultatem adimit, totosq; conturbat, & redit quasi mutos: Stridor etiam limæ ferrum terentis, audientes ita conterret, vt grauem toto corpore horrorem incutiat: obscena, demum, fetida, & spurca mortalium oculis obiecta, ad nauseam illicò prouocant: Huiusq; generis alia permulta, latentia naturæ arcana, continuo vsu obseruata demonstrant: Cur & non istis, similibusq; exemplis adducti; lapsus etiam illos conijcimus, fateriq; cogimur, naturali quoque ratione, propter sympathiam, miserationemq; maximam,

244 conteri potius omnino debere, viderentur: Taceo multorum ductas in Natiuitate B. Mariæ Septembris, præcipuo Pilarij festo, choreas; & ante illius Sacelli aras, ridiculas, saltationes; vt congruo ordine, & ad numerum, tamquam dulci promouente sono, solitoq; more, velut in scena saltare, & saltitare visi à multis, & multis eo in loco fuerint: Taceo alios, velut immundo spiritu ductos, frementes, atq; pauētes: Taceo etiā nouū illud Bugellani cuiusdam exemplum, qui è Mōteregali ad B. Virginis Sacellū proficiscēs, pedibus in via, cū alijs Comitib. progrediens, tali fuit fremore, furoreq; perterritus; vt humi hærens, genibus, & palmis ita terram cum furore, quadrupedis more raptauerit; vt per dumos, per rubos, per inuia loca, ita pronus gradiendo, genuum, & manuum palmas, penitus excorticatas ostenderit; adeò vt his tantis adducti, perterritiq; exemplis multi, ad Basilicam illam Virginis memorandam, accedere grauiter formidarent: omnia certè, mi pater, horrenda, monstruosa, formidinis, & admirationis vndequaque plena. Quid de his, alijsq; similibus, quæso dicendum? P. Magna sunt, & ardua, quæ adducis fili, non modò mirabilia, sed prodigijs etiam ferè simillima; grauia procuidubiò, & omnino incomprehensibilia, quæ me non tantùm, sed (mihi crede) excellenti etiam animo, ac virtute viros, vehementer torserunt, & perturbarunt. Sed si mentem, & animum huc diligenter intenderis, hæc omnia quanto magis grauia, & magna; tanto magis mysterij tanti famam augere, ex-
245 tollere, atq; illustrare noscuntur; Vt enim summi belli Duces, & Imperatores, penes quos viget bellicarum rerū summa potestas, si ad fortissimam, munitissimamq; propugnaculis arcem expugnandam, accesserint; maiores vndique vires, maiorem hominum peritiam, solertiam,

atq; pugnandi virtutem; grauioraq; remedia; atq; subsi-
dia conquirere solent, quàm si aliquod fortè oppidum,
vallis minimè septum sint. aggressuri: Maiorq; virtus in
strenuissimo, quam ignauo hoste vincendo, proculdu-
bio petitur. Pari ratione, mi nate, teterrimus ille Chri-
stiani nominis hostis, qui continuis nos artibus, & mo-
dis fallere, circumuenireq; tentat, cum magna hæc ar-
cana, mirandaq; mysteria cerneret, maiori studio, maio-
riq; conatu, & viribus toto posse contendit, rem tantam
euertere, & quoquo modo, si potuisset (sed frustra) labe-
246 factare: semper enim ille sub velamine latens, prodit se
dum ea contingit, quæ hæreant personis, per quas falle-
re nititur. nec mirum circa finem 26. quæst. 5. Propterea
hac in re, existimandum omnino videtur, has omnes ve-
rè fuisse solius Demonis artes; ideo hoc in mysterio ra-
ptim immixtas, insidioseq; disseminatas, vt tantæ rei fi-
dem, auctoritatemq; detraheret. *Jo. Fran.* Benè quidem
pater, sed qua quæso ratione, potuit Demon, mala bo-
nis tantis miscere, existimandumq; tantam illi permis-
sam à Deo auctoritatem: vt arcana tanta, tantaq; ipsius
Dei mysteria posset, quoquo modo impedire? & quo-
247 modo hoc quæso potest, viua ratione dignosci? *P.* Maio-
rem Demoni, quàm mortalium vlli, cõcessam à Deo po-
testatem Iob. 41. testatur, & talem illi dedisse videtur, vt
magis à probis dignoscantur reprobi; veri à bonis, fide-
libusq; secernantur: Paul. ad Corint. 11. & vt ipsi, qui ta-
lia audiunt, vel vident probentur, & appareant qua fi-
de, quavè deuotione sint erga Deum c. fin. 26. quæst. 5. §.
si autem; & vt demum opposita inter se posita, magis
elucescant, ac tantæ diuinitatis splendor magis, & magis
248 propterea corruscaret. Limitatam tamen, (& audi fili)
concessisse illi legimus potestatem; nec nos supra quàm

ferre

Thomæ Apostoli exemplo,& ex D. Augustino ad rem satis deduxisti; post Christi saltem, & Apostolorum tempora; cùm de miraculi substantia non sit; hæc sine dolore, perturbationevè fieri: Collegi etiam benè valentium tremores, & casus solere præcipuè diuina gratia, vel Demonis arte, vel naturali virtute etiam prouenire; quæ quidem omnia ex D. Pauli exemplo, & alijs multis apertè
241 comprobasti: sed quid illa portentuosa satis, hoc tempore, tantoq; hoc in mysterio visa, & audita præseferre dicuntur? Quid de illis censendum? An nonne Dei opera euenisse credideris? vel à Demone potius, teterrimo Christiani nominis hoste, disseminata; latentibusq; insidijs, bonis tantis operibus intermixta, existimandum erit? An hæc tacenda, & silentio inuoluenda; vel potius demonstranda putes? Tuam in hoc, mi pater, expecto sententiam: *P.* Imò aperienda omninò fili,& prædicanda; ne ij, quorum animis irrepserint ista, vel suppressa putent, quæ tanto mysterio contraria, tantamq; gratiam obumbrantia; vel quia fortè alia figmenta, hæc vera putentur: Quò tamen tendas fili, & quæ sint ea, de quibus intelligas, adhuc ignoro; tanta namq; & varia, hoc in mysterio contigisse commemorantur, vt nisi nominatim singula in medium proferas, non possit congrua, tuo quæsito aptari responsio. *Jo. Fran.* De illis sentio pater, quæ sinistrè nimis, & graui cum scandalo in proximis vicis, & oppidis suadente Diabolo, hoc Septembrio mense, crescente magis gentium motu, magisq; florente mysterio, contigerunt: Cùm primùm nobis è Peregrinatione nostra reuersis, magno omnium stupore fuerit enarratum, in Bal-
242 langerij oppido, duodecim mille passibus ab hac Ciuitate remoto, Lazarum Clericum, quodam Sabbati die, in lo-

ci

ferre humana fragilitate possumus, tentari permittit, nec
plus in tantis istis operibus, atque mysterijs cum vagari si-
nitque, quàm humana mens ferre, & quàm tanti mysterij
splendori expedire, conuenireque videatur. Quòd autem
hæ Dæmonis tantæ sint artes, initia sub recti, religionis-
que specie promissa, malum tamen, & falsum exitum
præbentia, apertè indicare noscuntur, cùm eius sit per-
dere finis. Nec noua tibi, atque miranda ista videri de-
bent fili, semper enim pijs actionibus insidiatur, callidus
249 ille humani generis hostis; qui vt omnes celeritate, dili-
gentia, rerum cognitione, acumine sensus, longaque
per tantum tempus experientia, incomparabiliter vincit,
D. Augustino teste c. sciendum 26. q. 4. Ita sæpe se in An-
gelum lucis transformans, cùm continuò circuat, quæ-
rens, quem deuoret, varijs fallacijs, & modis incautos
multos perdere, miserrimeque boni velamine præmisso, se-
ducere tentat, atque procurat. De quibus copiosa tibi
propono videnda exempla in c. Episcopi, totoque titu. 26.
quæst. 5. *Io. Fran.* Alias mihi videor pater, harum rerum
causas exaudisse, quas non tacitas quidem hoc tempore
250 nosco. P. Non ignoro fili, varias quoque fuisse prudentum
virorum, in re ista sententias; existimantibus nonnullis
tali furore, ibi eque vexatos aliquos ibi fuisse, quòd vel
inconsultè nimis, sine religione, sine pietate, nulloque facto
belluarum instar diligenti errorum, atque culparum examine:
Alios quòd grauia tales, Sacerdoti reticuerint scelera:
Alios quòd aliorum casus irriderent, paucumque mysteria tanto
assentiendo; & illudendo potius, quàm pietatis impulsu
accessissent: Alios quòd in eo B. Virginis festo, & dum sa-
cra fierent, choreas festiuè duxissent: Alios quòd ficta re-
ligione, hypocrisique ductos, potius, quàm deuotionis ar-
dore commotos, sic erratorum pœnas luere, sineret Deus:

Alios

Alios, cerebro vacuis, probabiliter ista cõtingere potuisse, dum nimia fortè inedia, mærorecq; confecti, talia formidantes, nec forti animo ferre valentes, in tales prorupere excessus, ad terramq; lapsus: Sed probabilius videtur, ista, ea ratione potius contigisse, quòd cùm tanta ob oculos versari pietatis, & pœnitentiæ signa in alijs, isti viderent, propriam negligentiam incusantes, suam quodammodo salutem, pœnitentiamq; desperantes, quandoque in perturbationes, & casus, quandoque in furorem, terrore magno vexati, instigante Dæmone prolaberentur; quia Diabolus, si quem ad mala perpetranda subuertere non potest, opinionem eius nititur dilacerare Archidia. teste in c. habet 2. q. 4. in prin. Cùm non sit immissor, sed malarum cogitationum incensor. Idem Archidiac. in c. sed pensandum. 6. distin. nu. 2. Illud quoq; addendo, quòd aliqui, tanta nouitate, loci maiestate, lachrymis, & continua acclamatione, nimio comitante dolore perterriti, mentibus ad mysteria tanta intentis, hac sympathia tenti, in furorem naturaliter raperentur. *Ioan. Fran.* Sed qua quæso rõne pater, poterat isti, naturali virtute in furorem agi? *P.* Subtilia sunt ista, atq; è Philosophiæ fontibus haurienda; quæ quidem fient tibi, ab oppositis clariora; Animum mecum erige fili, & contemplare attentè; sicut enim vera virtus prudentia, probitate, integritate, recta ratione, alijsq; affectibus, vitio repugnantibus; frequentatisq; bonarũ cogitationũ actib. habitu tali quæsita, comparatur: Ita cõtrarijs quoq; passionibus, stultitia, ignauia, prauo affectu, minimè aduersis ptrurbationibus dominãte, mæstitia, & aliquali dolore accedente, ac prompta inconstantia animum obruẽte, insaniam prodire, & consequenter tamquam per gradus, in furorem prolabi, verisimile est; hocq; Philosophicum

cum

cum dogma depræhendes: Quæ præsertim facilè fuerit, multis contingere, qui luxuria, crapulaque oppressi, ad tantum; sacrumq; locum accedere, sic impetuosè non fuerint veriti: Quidvè mirum, si fortè aliqua vaticinando qui dixerint? nam Petrar. teste lib. 2. de Remed. vtriu. fort. dial. 115. multa vaticinari solitos, furentes accepimus, sic quò nullum acumen sani capitis peruenisset, vagus, rapidusque furor aduenit. His ego cum eodem Petrar. artem vnam præscribendam putarim, abstinentiam, & omnis excessus fugam.. Alia demum multa hoc loco digna, diuinus ille Plato in Io. vel de furore poetico; & in Phedro, tibi ò fili aperiet, vbi duas præcipuè furoris species, nobis effingit; Alteram ab humanis morbis, alterã ex alienatione diuina, qua extra consuetam vitæ constitutionem quis rapitur: Diuini verò furoris, quatuor alias subnectens species, vt etiã quatuor Deos præesse ait: Vaticinij inspirationem, Apollini: Mysteria Dyonisio: Poeticam Musis: Amatorium furorem Veneri, & amori omnium optimum tribuens; alia tum ipse, tum Marsil. Ficinus grauissimus eius interpres aptè, alteq; tradiderunt. In omnibus tamen, vt supra toties indicaui, Demonem plurimum studij, laboris, & operæ, ad mysterij tanti perturbationem contulisse fatebor. *Io. Fran.* Mihi hæc noua nimis, & incognita certè, videntur pater: ergo credibilia nosco, quæ fabulosa primùm, de Lazaro illo Balangerij seductore, & vana putabam. *P.* Attende fili, & ne tanta rerum exempla, tediosaq; nimis Dialogo nostro interserantur, à proposito isto tam nouo, & raro Balangerij exemplo solo, & vno, ante mortalium oculos admirabili, quæso ne recedamus. *Io. Fran.* Alia nónne fortè audita? *P.* Grauia sunt ista, quę in horredo illo facto iã contigerunt, & verissima fili: verissimum illud, hominẽ illum

antea probatę, rectæq; vitæ ab omnibus habitũ: verissimũ etiam, eum Rusticum, & agrestem: Verissimum item, vt ex actis totoq; processu, ea qua decuit diligentia, & cura contra eum formato apparuit; dum feni secandi causa, extra oppidum pergeret, Rosariumq; deuotè satis, præ manibus tenens pronunciaret; Illi in quadriuio stanti, Demonem in mulieris formã adfuisse; interrogasse quid ageret: Respondente eo, Sanctæ Mariæ Rosarium recitare; Replicasse Demonem, se esse Sanctam Mariam, (vt omnia inde confessus) & cum bis respondisset, & consentijsset ille, suam ei præbere animam, si esset Sancta Maria, euanuisse ab eius oculis Demonem: Inde supra commemorata facta, sugerente Demone, astruxisse: Verissimum demum illud, postquam compręhensus, & ad
254 Sancti officij carceres reductus fuisset, dumq; solus in arctis carceribus detineretur, illi semel Demonem in homunculi formam apparuisse, hirsutum, atq; deformem; petijsse, & instasse sat importunè, num illi se dedere, iuxta iam ante promissa vellet; Recusante, & renuente eo; atq; Diabolo illum, latrinam quandam versus, grauiter impellente, statim misellum exclamasse; accurrisse patres, carcerumq; custodes, hominem pallida, & demissa facie; albescentibus manuum vnguibus, & digitis ipsis; ferè exanimem, & terrore magno oppressum, omnia vti contigerunt enarrasse: Quid quæso horribilius? quid monstruosum magis, & multis antea sæculis inauditum? Magnam enim Demonis calliditatem, in similibus factis,
255 miraculorum speciem præferentibus, nemo negabit: Quid enim de Apollonio Tyaneo, tam apud scriptores notato, dicendum? qui plurima suo tempore futura prædixit, quæ ita vt significauit, euenisse comperta: Qui cæcos etiam, & claudos, atque ab immundis spiritibus vexatos

ratos, præſtigijs quibuſdam mirè ſanauit? Hic Epheſum Vrbem graui peſte laborantem liberauit: Hic cùm in Prætorio detentus cuſtodiretur, apud Domitianum accuſatus, ab eius conſpectu euanuit; eoq; die Puteolis, quò Comitem præmiſerat; inuentus, & illic, vt eum expectaret mãdarat; aliaq; multa magica arte conficta miranda monſtrauit: Quid item alias Demonis artes commemorem? quas ad fallendum homines, à veraq; religione auertendum, dolosè aſtruit? Memoria dignum, Petri
256 Martyris exemplum; Cùm enim Sanctus ille vir, in Vallis telinæ partibus, ſuo tempore concionaretur, ne in Sancto opere latius proficeret, tantum Demon effecit, vt magi cuiuſdam opera, B. Virginis ligneum ſimulachrum, in templo ſuper aras poſitum, palàm, audiente populo, vocem emitteret; qua ſignificaret verbum, quod Petrus Martyr prædicabat, verum non eſſe, ſed aliud à Mago, hæreticiſq; diſſeminatum; quà latenti, peruerſaque arte, multos decipi contigit, donec præſente ipſo Martyre Petro, Sacratamq; Hoſtiam ante Virginis Simulachrum oſtendendente, imaginemq; monente, vt filium, quem genuit adoraret; hoc audito, frequenti præſente populo, Simulachrum in terram collapſum; effractum, & omnino contritum mirabiliter euaſit. Quis tantam Demonis poteſtatem; falaciaſq; tantas crederet? *Io. Fran.* Arguta ſunt certè, & ſubiectæ materiæ aptiſſima, quæ circa perturbationes iſtas, ad terram lapſus, tremores, furores, Demonumq; poteſtatem; & artes tantas, copiosè ſatis, hactenus adduxiſti, mi pater, Sed (patere rogo) maiora certè, ſubtilioraq; mihi expectanda conijciebam, latentiaq; alia, de Demonum natura, & poteſtate, quæ familiariter nobiſcum diſſerendo promouebas, & quæſtione tanta digna, audire verè cupiebam. Rem iſtam paulò

altius exordiri iuuabit; Da obsecro inanimato simulachro
spiritum, adde rudi picturæ formam, ac necessaria, quæ
soles, & ad viuum effícta, suo tempore lineamenta. *P.*
Præmissis te contentum existimabam fili, satisq; tibi blan
ditum me esse, hac in parte putabam; at quia altiora spe-
culari cogis, nisi de mysterij tanti dignitate, atq; splen-
dore potius, quàm curiositate tua ageretur, tacerem
hoc in quæsito libentius; sed attende, verbaq; mea ea, qua
258 soles voluntate complectere. Animaduertisti hactenus,
tres à me afferri perturbationum, lapsuum, & furoris
causas; quæ vel diuino iudicio, vel Demonis arte, vel na-
turaliter etiam possunt omnia contingere. Demonis in
hac parte artes, non videris sana mente, leuiq; tuo ca-
ptu percipere; sed fient mox tibi cuncta, Deo dante, cla-
riora; superfluis resecatis, nevè tantis animum tuum in-
259 uoluam, didici iam, & obseruaui, sex esse horum spiri-
tuum, Demonumque naturas: Vnam igneam, eorum
nempe spirituum, qui altiora, & aerea petentes, malo-
rum è lunari circulo in terras demissorum, habentur in-
censores: Aliam eorum spirituum, qui in aere, terræ pro-
ximo continentur; quam quidem naturam, aeream etiā
nonnulli appellant: Tertiam terreā, ab alijs nuncupatam,
quæ terrestribus solet esse infensa: Quartam aquaticam,
in mari, aquis, paludibusq; versantem; nauigantibus,
& aquis hærentibus valdè molestam: Quintam subter-
raneam, in hiatibus, puteis, profundisq; latentem, pu-
teos, metallaq; fodientes insultantem: Vltimam ducem
omnino fugientem, in antris tantum, tenebrisq; semper
delitescentem: Omnes autem istas Demonum naturas,
mortalibus penitus esse infestas, quæ ferarum more, eo-
rum saluti grauiter insidiantur, vnam tamen alijs peio-
260 rem. *Jo. Fran.* Quam nam putas pater, horum spirituum,

Demo-

Demonumq; naturam, qui nos ita perturbare, aggrediq; audeant, vt in præmissas perturbationes, furores, & lapsus prorumpere cogant? P. Ardua sunt ista fili, & postquam hæc intellexeris, sunt alia tibi etiam prænoscenda, vt traditiones meas veras, & planas esse deprehendas: Quinam hæc agant, qui promoueant, aerij, & terrestres
261 solent esse spiritus: Hi enim, solerti quadam arte, atque impulsu, humanas cogitationes aggredi tentant, & sic varijs illusionibus, falsisq; repræsentationibus ita decipiũt, fallunt, mortalesq; circumueniunt, vt facillimum illis sit, ad perniciosas, fœdissimasq; perturbationes nos, permittẽte Deo, tot aggressionibus flectere; & quamuis secundũ D. Thom. Aquina. 1. par. quæst. 111. art. 2. solus Deus efficaciter possit, hominum voluntatem mouere, & immu-
262 tare; Tamen Demon, per modum suadentis, immutare etiam potest; quamquam non ex necessitate omnino, libera semper remanente hominis voluntate, ad consentiendum, vel resistendum passioni, à quo demum miseri, per improbam suasionem lacessiti vincimur, & quandoq; flectimur. *Io. Fran.* At postquam parumper, mentes nostras commouere videris pater, qua quæso arte possunt, ad talia sic mortales vrgendo, tentandoq; flectere? P. Speculare paulum fili, mecumq; cogita: Nam in
263 nobis latentes quidam spiritus (quos phantasticos alij appellant) esse dicuntur, Quibus Demones sensim hærentes, ita argutè, secretèq; susurrare simul feruntur, vt talia noua, & quæ arbitrio peruersa effingunt, promoueant, quibus in perturbationes, aut mala cogitata, siue deliria miserrimè labimur: At ne tibi videatur fictitium istud, sine voce, sine sono, sineque vllo strepitu, mutuas tales adesse Demonum, cum phantasticis nostris spiritibus susurrationes, demissa illa ad aures hominum, secretaq;

locu-

locutio, hoc probabile reddit; quæ ignorantibus alijs, tacita colloquia inflat, leuissimeque in aures insinuat, & sic intelligentiam dictat: An tibi etiam nouum, nos quoque ad nutum tantum, præsentium quandoq; mentem, animi sensa, & arcana cõijcere? Quid mirum si calidior Demon nutu, gressu, actibusq; nostris sæpe obseruatis, prædictaq; susurratione experta; nostrarum cogitationum sedulus explorator, arcana quoque nostra deprehendat, nosq; suscepta (vt ita dicam) Plutonis galea perturbet? Nam D. Augustino teste lib. de natu. Demon. & c. sciendũ 26. quæst. 4. §. Aliquando autem; Aliquando inquit, hominum dispositiones, non solùm voce prolatas, verùm etiam cogitatione conceptas, cùm signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate Demones perdiscunt; quam tamen traditionem, tamquam de re occultissima, audaciori nimis assertione firmatam; idem Augustin. lib. 2. Retractatio. difficillimè posse cognosci concludit; quamquam ad Demonum notitiam, per nonnulla experimenta, peruenisse ista, compertum testetur. *Io. Fran.* At qua ratione potest, internè tantoperè perscrutari. *P.* Sicut enim fili; si in tenebris facem accensam, aliudvè lumen proferas, aer radios illos, splendoremque circumfulgentem, ac luminis similitudinem excipere solet; quod in limpidis fontibus, & aquis, magisq; in speculis, obiecta repræsentantibus, fit clarum; sic etiam malorum spirituum corpora, sæpe ante nos obuersantia, susceptis ab eorum phantastica essentia figuris, coloribus, & alijs, si quas eligunt pro arbitrio formas, omnia ita speculantes, in animatiuo nostro spiritu conijciunt, atq; deprehendunt; quibus sic cognitis, ad vlteriora facilem sibi parant, ad nos falendum, & perturbandum, tot sophisticis immissis opinionibus, atque illusionibus accessum.

ſum. Quid itaq; mirum, ſi tot artibus laceſſiti mortales, tot ſuſurrationibus infenſi, latentes illi hominum ſpiritus, illiſq; meatibus, in quibus animatiuus ſpiritus conſiſtit, malis ſpiritibus occupatis; ſic agitati, in tremorem, perturbationes, agitationes; fantaſticos motus, furoremq; labantur, atq; prorumpant? *Jo. Fran.* Videntur ergo pater Demones, & ſpiritus hominum cogitationes poſſe mouere, eaſq;, & humanum ſenſum immutare, & quò volunt flectere? Magnum hoc certè. *P.* Poſſunt mi
265 fili, & attende parumper; nam vt Angelicus Thomas, vbi ſupra artic. 3. docuit, Poteſt Demon, hominum imaginationes, proculdubio mouere, atq; immutare, quia tanta poteſt eſſe ſpirituum, humorumq; cõmotio, vt huiuſmodi apparitiones, non tantùm in ſomnijs, ſed vigilantibus etiã fiant; quod in freneticis patet apertè: Quod ſecundum eum, Angeli tàm boni, quàm mali poſſunt efficere; Quod poteſt Demon herclè præſtare, non quidem formam aliquam imaginariam imprimendo, nullo prorſus modo, per ſenſum prius acceptam; ſed iam ab homine tantum præmeditatam: Non enim facere poſſet, quòd à natiuitate cæcus, colores ſibi cogitatione fingeret, ſed alius ſic. Et quòd poſſint Demones, maliq; iſti ſpiritus, humanum etiam ſenſum immutare. B. Thomas artic. 4. oſtendit, exemplo Angelorum, qui ſceleſtos Sodomæ viros, & lumine, & aurium ſenſu omnino priuarunt, ita vt hoſtium domus Loth, nequaquam reperire quiuiſſent Gen. c. 19. & quòd boni ſpiritus in hoc, idem poſſunt, & mali ſecundum eum: Nec mirum ſpiritibus, humoribuſq; perturbatis, immutari ſenſum; Infirmi enim lingua, quia colerico humore eſt plena, omnia ſentit, vt amara. Cognita ergo mi fili, Demonum natura, calliditate, poteſtate, ſolertiſſimiſq; inſidijs, & technis mirandum tibi

hæc

ſomnijs ab eo viſa; hæc enim omnia, natura ipſa euenire; in remotis præſertim, & longè abſentibus, nulla ratio dictat; ſed lateti magis Dei iuditio, à ſpiritibus illis, nos perpetuò comitantibus, à mortuis ad nos dicto ocyus euolãtibus, denunciari, velociſsimèq́; ad alios noſtros phantaſticos ſpiritus perferri, & inſuflari, firmare ſum auſus. Quæ quidem omnia, probabilia reddit, illa priſcorũ opinio, exiſtimantium, mortuorum animas deductoribus eguiſſe, idq; muneris Mercurio tributũ. Quod inde ſacrarum ſcripturarum interpretes, chriſtiana fide, rem altius ſpeculantes, quoq; ſecuti: Inter quos magnus ille Ioann. Chryſoſt. Concione 2. ad Lucę euangelium c. 16. idem affirmat: Ex eo loco depromens, cùm Lazari mendici anima, ab Angelis, in ſinum Abrahæ conuecta fuerit; in alijs quoq; id contingere, morientium animas, ad æternã vitã migrantes, viæ ducibus quoq; egere; & ſic Angelis, ad definitũm locum illas comitantibus: Ergo credibile, ductores iſtos, ſiue bonos, ſiue malos, talia mortis nuncia, poſſe ad viuos, aliquo latenti Dei iudicio deferre; ſicq; nobis in mente, talia ita immiſſa repræſentari: *Io. Fran.* Arguta certè, & vtiliſsima, longa tamen, mi pater digreſsio: Sed quò te raptauit, tanti myſterij, ſummæq; Virginis gloriæ amor? neſciens in his, quæ tãtum indicari à te putabam, tam fluenti curſu, tenere modum? *P.* Hanc moleſtã fortè tibi prolixitatẽ, mi fili, rei nouitate, voluptateq; magna, qua te teneri oſtẽdis, q̃ſo cõpenſa; cępta ergo ſequamur: Et ne plura rogo, de hac re tanta dicamus, ſummo namque Dei iudicio, talia tandem, reconditaq́; liquenda: Similia enim fidelium offendicula, ſupra relata, tantosq́;, ſi qui irrepſerint abuſus, magno cum myſterio fortè admittit, & patitur quandoq́;, omnium perſcrutator, cognitorq́; Deus. *Io. Franciſc.* De his ergo omnibus ſatis, colendiſſi-

me pater; ad altiora illa, à te iam ante promissa, accedamus: Intelligere iá summopere cupio, quid nam hæc tãta
268 prædicere; quid admirabile hoc mysterium prænunciare nobis, Patriæq; nostræ, hoc tempore videatur: Præbe te nunc in arcanis istis tantis, arte præuisa huc reseruatis, eum; quem semper putaui, variarum rerum, atq; lectionum cognitorem: Tanta tua nobis, inter priuatos parietes edocta exempla, tot commonstrata, paterna charitate præcepta, indicasse, & præbuisse ingenij tui specimen, non leue, mihi certè videntur: Nunc te virum, nunc aliqua etiam speculantem, nunc te eum, quem multi autumant, in re tanta, mi pater ostende. *P.* Tace obsecro fili, ne tanta dicas, quæ longe minora, concepta fortè de me opinione, cognosco: Hæc tua tanta, animi mei desideria promouentia, me tamquam pungentia nimis vulnera ledunt: Animus quidem promptus, sed impedimen-
269 ta multa morãtur. An nescis fili, nõ oibus in pretio, virtutis gloriam esse? An nescis, quantis angi soleant, bonarum literarum cupidi sectatores? Mæcenatem mortuum, immutata tempora, euanuisse aurea illa sæcula credas: An nonne vidisti fili, quantis ærumnis, quantis inuido-
270 rum morsibus, quantis agitata fuerit in Principum Curia, mea vita procellis? An vidisti, nil minus, quàm studia, mihi fuisse hoc tempore cogitanda? Neque quieti, neque solatio, nec vlli animi desiderio, mihi relictum vlla ex parte fuisse locum? Si scribendi, si opus perficiendi formam repetero; si demũ hoc in theatro portum apulero, rem magnam, arduam, atque mirabilem (hoc dicere cogor) me præstitisse putabo. Solabar primùm mi fili, in tantis istis ærumnis, ex amaris, dulcia satis ista legisse, dum humana spernendo; angustias animo sæpe voluendo; & mysterij nostri arcana speculando, in men-

tem

tes occisore præsente, commouentur, mutuoque motu agitantur; Inde redire, suasq; vtrique sedes repetere, cũ furoris, & vindictæ ira contendunt; corporisq; meatus ita patentes, sensim reciprocè petentes, sanguinis profluuium,in quo habitare traduntur, hac commotione, occultoq; conflictu promoueant:Sed ratio ista, in illis cadaueribus tantùm,vbi calor ille spiritalis, per aliquot horas vigere potest,demum concludit, vt Excell. Thesaur. primum aduertit;in alijs longo iam tempore necatis,insulsa mihi est. Rursus hæc ratio,in his, qui vel in densissimis tenebris, aut in insidijs,auersisue vulneribus,ex improuiso leduntur,vel etiã qui telo, sagitta,plumbeo vè globulo, è sclopeto, vel tormento bellico,à longè emisso necantur, cessat omnino: Item nec in suffocatis infantibus, veneno,aliorumque mandato interemptis, potest; hæc ratio aptari: In quibus tamen omnibus, indicium illud fuisse pro veritate repertum, nostri passim adnotarunt. Igitur cùm non sit, prædicta, & si subtilis ratio perpetua, illi nequaquam innitendum putarim. Quare ego mi fili, & si multa quidem, in maiestate naturæ recondita, latêre concedendum sit; quæ ingeniosi, & solertes homines, mundum satis excussisse, in multis videntur; memoriaq; resideat Alexan. Aphrodis. dictũ, qui in præfatione problematum, quæstiones ait quasdam esse, pœnitus inexplicabiles,soli Deo cognitas,qui scilicet earum existentiæ auctor sit; quas & Medici occultas proprietates appellãt, & quidam in scolis iocãdo, Asinorum pontem vocitant: Aliorum inquam rationibus,& causis omissis, & his præsertim, quas Plato Dial. 9. de legibus circa medium; & post eum argutè Marsil. Ficinus eius interpres,tertia Commentarij columna, versic. vbi verò de homicidiorum iudicijs.&c. effingunt; proximè illa de spiritibus adducta, probabiliorem, magisq; verisimilem rationem, & cau-

Q sam

fili, & lætor vehemẽter, mihi iã fesso, molestijsq́; cõtrito, à te beneuolas istas porrigi vires; sed quid tuo tanto hiatu dignum, promere potero? Eò præsertim, cùm nec necessarium laborem, ad tanta, vt decebat, impendere potuerim; nec post tam longas, à bonarum literarum studijs, inducias; verborum maiestatem, ornatumq; dicendi, quod iuris erat quæsierim; ne dum id etiam agerem, mysterij fidem, rerumq́; veritatem amitterẽ; ac verum, purumq́; sensum, & sacrorum scriptorum certam, solidamq; traditionem, quãdoq; spiritu mancam relinquerem, vel potius inuoluerem. *Io. Fran.* facientes Deus adiuuat, pater; telam contexe, arcani omina scrutare, & quid in re ista sentias ostende; Cætera, tuis tantis curis condonabuntur. *P.* essent hoc loco, mi fili, multa, ab ipsa etiam origine mundi,
273 altè repetenda: Nec ab re fortè esset, antiqua illa exempla, à Iulio Obsequen. integro Prodigiorum libro congesta, recensere; vbi acuratè certè, magnaq́; cum diligentia, multa prodigiorum, & portentorum signa, Romanorum temporibus visa, & audita, sub Regibus septem, & Consulibus. 124. ab Vrbis conditæ anno 14. & ante Christum natum 737. vsq; ad annum post Romam conditam 743. & ante Christum 9. longa serie repetita, collegit; omnia, infausta malorum omina, tacito autore, (vt obseruaui) à Tito Liuio, magna pro parte dessumpta: Sed his tantis, & penè fabulosis rerum initijs omissis, pauca tantùm, eaq; subiectæ materiæ aptiora, commodioraq; referam; rem inde totam paucis meo more perstringam.
274 Possem primùm, ex Exod. lib. cap. 10. signa illa magna, à Deo Pharaoni demõstrata referre, Locustarum innumerabiles turmas; densissimas super totam Egyptum, vniuersamq́; eius ditionem tenebras, tantorum malorum præ nũtias; vt post incommoda multa, vniuersum etiam

eius

cius exercitum, Israelitas insequẽtem, in mari Rubro submerserit, & pœnitus extinxerit Deus, Exod. cap. 14. Possent, & in medium prodire, Pharaonis Regis insomnia, de Iuuencis septem phedis, & macie confectis, per quietem visis, quæ tantæ subsecutæ famis, & calamitatum (interpretante Iosepho) certa argumenta dederunt Gen. cap. 41. Possem alia quoq; Nabuchodonosor Regis perplexa, & peruersa insomnia, Ariolorũ, & Magorũ suorũ mentes, tantopere turbãtia, mortemq; multis eorũ causantia, malorũ ẽt vaticinia, explanãte Daniele recẽsere Dan. c. 2. 4. & alijs. Possem innumera multa, ex Iesephi Cõmentarijs, de Iudaico bello exempla, lachymarum, miseriarũ, & ęrumnarum refertissima, tantorum infortuniorum, dessolationum, euersionumq; portenta: omnia certè suspiriorum, lamentationum, & planctuum verum, inextricabilemq; labyrinthum repræsentantia, in medium commodè multùm adducere: Liquet satis tritissimè Saluatoris Iesu Christi exemplum, ac vniuersæ terræ motus, tenebræq; magnæ factæ super vniuersam terram. Marc. 14. Luc. 17. quę acerbissimam illius necem, & Deum verè pati, Sapientibus tunc prophetantibus, apertè demonstrarunt. Possem & illa, paulò ante enarrata, de maximo, & admirabili gentium motu, huc & illuc concursu, anno 1399. contingente, etiam commemorare, quæ tantæ subsecutæ calamitatis prodigia, verè fuerunt; Cùm sequenti Iubilei anno, Bonifacio tunc Pontifice sedente, magna in terris lues, & pestis, tãto impetu fuerit suborta, vt referãt historiarũ, annaliũq; scriptores, Florẽtię, vbi maximè floruerat, tantus ille populorum concursus, supra triginta millia hominum mortua; Pragæ, & in Boemia, numerum pro-
275 pè infinitum quoq; extinctum. Possem & alia prodigiosa etiam, valdeq; admiranda recensere, quæ apud Comum

Insubrum

tem impulit Virgo Maria, calamum, ad sui mysterij nouam historiam leniter delibandam, suscipere: à Deo tũc diligi exultabã, cùm me procellis multis agitari permitteret, idq; erat tantarum calamitatum, vnum verè solatium; sed cùm nunc me currentem,& animatũ,in medio itineris, in maioriq;, ac præstantiori loco consistere oportuerit, maioribus me hîc grauantibus curis, ( proh dolor ) quid in mentem venerit, quo pacto fessus, & effractis pęnitus viribus euaserim, cogitandum tibi, qui nullum in me nouisti letitiæ argumentum, mi fili relinquo: In grauibus quippe angoribus,atque molestijs, semihominem vix remanere quempiam, firma, perpetuaq; memoria tene: Neque enim virtute, neque prudentia, minusq; consilio, sic tunc seuiente fortuna, polet; sed (mihi crede) iacet virtute depressa, nec nota, misellus, in antris abditus homo. Deploranda fortè etiam aliquibus erit, mea hoc toto scribendi tempore aduersa conditio, non leuisq; tacta,hac in parte iactura, cùm varijs his ærumnarum procellis huc,& illuc actus,in quibus me reperi, ferente fortuna prolapsum, tantam detraxerint cœpto labori partem,vt in nube nunc, mi fili, conspiciãtur,quæ in splendore fortè, illa cessante creuissent: paret tamen
271 in tantis sibi viam Deus. *Jo. Fran.* Molestiæ tantæ istę pater, nobis ad saturitatem, omnium incommodo notæ, non te tantùm, sed omnia corporis membra,nos natos, & matrem quoque, ac omnes tenere, concuterecq; noscuntur; sed cùm nos,ad superna tantùm contemplanda,natos intelligas, cùm has fortè Demonis artes, ausim dicere, omnes ad fabricæ huius destructionem, & impedimenta tendentes; te virum nunc præsta, indica prudentiam,in aduersitates inniti, nõ deprimi solitam: Dura enim,& fortia pati virile est: Tempori cede;enatat tandem,

Inſubrum Ciuitatem, olim contigiſſe legimus; Cùm ſemel vergente ad occaſum die, ingentem Canum multitudinem, per aera ferri; poſtque diuerſorum pecorum armenta, peditum ſpecies, primo leuis armaturæ, deinde haſtatos, ſcutatoſq; ſubſequi; equiteſq; in turmas diuiſos, ingenti inſtructa acie proſequutos, horis ferè tribus, imaginem aduentantis exercitus præbuiſſe. Demum corpore procero immanem, & formidabilem, ſupra quam dici poſsit, hominem, velut exercitus ductorē, terribili equo inſidentem proceſsiſſe; aliaq; ludibria oculorum, per inane apparuiſſe; donec nocte apparente viſio omnis illa dilapſa: Quæ omnia ſigna, & phaſmata, ingentium malorum, atq; calamitatum grauiſsimarum fuiſſe præſcita, apertè compertum eo tempore fuit; Cùm tanto totius Chriſtianæ Reipub. excidio, atq; incommodo, Byzantina Ciuitas, Conſtantineopolis vulgò appellata, ab immaniſsimo Turcarum exercitu, terra, mariq; miſerrimè expugnata fuerit: Rem certè Chriſtianis omnibus deplorandam; & poſteritati penitus execrabilem; quod Guido
276 Pap. teſte Deci. 84. n. 3. anno 1454. Iunio menſe, ſic permittente Deo, contigiſſe legimus. Alio autem tempore, tantam Neapolitani Regni maieſtatem, cunctis Regibus ſolio expulſis collapſam, magno mœrore (ſeuiente tunc mirum immodum fortuna) omnia confecta; vrbes, villas, vniuerſumq; Regnum, omni belli clade peruaſtatum, & cædibus, atq; rapinis omnia demum euerſa, atque contrita, aliquibus præmiſſis ſignis, Alex. ab Alexan. fuſè, elegā
277 terq; teſtatur, Genial. dier. lib. 5. cap. 15. Mitto tres illos cœleſtes arcus, iridi ſimillimos, ſolem meridie circundantes; vnum duobus aliis maiorem, die Veneris primo Aprilis 1547. à decimaſexta hora, vſq; ad ſolis occaſum, cōtinuò viſos; eandemq; forma lunam, ſequenti nocte circundan-

tes; qui Franciſci Gallorum Regis, hoc nomine primi,
mortem portentosè denuntiarant; cum annos triginta
tres; menſes tres vixiſſet iam, & regnaſſet. Mitto & nũc
conſultò, multa antiquorum exempla, futurarum cala-
mitatum infauſta præſagia; quorum multa inuenies, mi
fili, à Val. Maxi. lib. 1. cap. de Auſpicijs, ominibus; Item &
de prodigijs cap. 6. adducta; vbi multa miranda depræhẽ-
des: Lapides in Piceno pluiſſe; in Gallia Lupum vigili, è
vagina gladium abſtuliſſe; metentibus cruentas ſpicas
in Corbem decidiſſe: Cn. Domitio Bouem dixiſſe, caue
tibi Roma: Caium Flaminium Conſulem humi proſtra-
tum, equoque ſuper eius caput prolapſo, inſignem illã
Ciuium Romanorum cladem, in magno cum Annibale
conflictu paſſum; qui quantùm in ipſo fuerat, Valer. Max.
teſte, Romanum ſepelierat imperium; ſic enim dicere, vt
illi ſolebant, Deorũ ſpretis præmonitis, excanduiſſe Deos;
ſic humana conſilia caſtigata, vbi ſe cœleſtibus preferre,
temerè nimis, audacterq; voluerunt: & alia apud eum,
paſſimq; multa: Alia propè innumera, apud Liuium 3.
Decad. lib. 1. paulò ante finem. Plin. Iuſtin. Paul. Oroſ. mul
tis in locis: Non pauca etiam, doctè congeſtà ab Alexã.
ab Alex. Genia. dier. lib. 2. cap. 31. & lib. 3. cap. 15. vbi ſupra;
& poſt omnes, integros harum rerum tractatus edidiſſe
offendi, Iulium Obſequen. ſupra iam citatum; Polidor. Vir
gil. de prodig. lib. 3. & Ioachinum Camerarium de oſtent.
libros duos. Mitto demum ſtellam illam crinitam, anno
1577. tanto tempore, meridiem verſus inuiſam, tantarũ
calamitatum in Luſitaniæ Regno, & alijs verè prænun-
ciam. Sed ne à Priſcis iſtis, & ab extraneis, exempla tan-
ta petamus, nevè plura tam longè repetita commemo-
rem; occurrunt nobis in Patria, exempla magna, & me-
279 moranda mi fili: Quid enim magna illa peſtis, anno

1528.signis multis Præuisa; quæ patriam sic, tanto cum mærore inuasit; vt Dux tunc Carolus, Taurino in Sabaudiam iter, tanta celeritate fuerit arripere coactus? Quid prodigiosum illud incendium, die quarto Decembris, anno 1532. media nocte, Barbaræ Virginis festo, in memorabili Sacræ Syndonis sacello, Camberiaci constructo, nescio quo fato subortum, quod Sacram etiam Syndonem, tanta veneratione asseruatam aggredi, permiserit Deus, & è medijs flammis, tantas Christi Iesu reliquias eripere, mirabiliter oportuerit? Quid alia plura monstra, eodem anno in terris enata? Quid variæ prodigiorum species, quoque conspectæ? Vterer iam externis exemplis, nisi domestica, malo nostro fato, multa suppeterent. Quid enim locustarum etiam ingentia, densissimaq; agmina, anno 1541.in Pedemontana Patria, tam latè euagata, vt reliqui nil penitus eo tempore visum? Quid inquam illa omnia, aliud portenderunt, ac prænũciarunt; quàm tantas hominum strages; cruenta bella,
280 tanta sæuitia, totq; annis æstuantia; aliosq; penè innumerabiles, atque tristissimos euentus, & casus nostra, & recenti patrum memoria notissimos? Quæ omnia multa passim collapsa, soloq; penitus æquata; apertè adhuc modò testantur: Postq; omnia, etiam subsecutam cruentissimam illam, anno 1544.Ceresoliarum pugnam, tot militum numerosa clade horrendam, & memorabilem nouimus; ibi (vt traditur) confectam, vbi locustarum tantæ copiæ, cœlum tunc obscurantes coactæ visæ; atque
281 mori conspectæ: Extat memorabile aliud, recensq; & formidabile nimis Ceuæ infortunium, anno 1586. die 4. Iulij emanatum; cùm tanta aquarum vis, inauditaq; proluuies; sic oppidum ferè totũ, repentino casu, in immensũ, triumq; tantum horarum spatio, interfluente tunc flumi-

ne aucto, oppressit; vt multis, & multis, aquarum impetu extinctis; mœnium parte, domibus pluribus; vbi iam Ceua fuit; antiquis, & pulchris ædificiorum structuris absumptis, soloq; miserrimè ęquatis, tantam bonorum, rerumq; omnium iacturam, passa illa gens fuerit, vt nil dolendum, nil deplorandum magis: Tantarum inde subsecutarum in Patria calamitatum, pestis, fąmis, cruenti, sæuiq; belli, memorandum certè prodigium: Alia etiā memini paulò ante, meridie exaudita, sereno tempore, in Patria quoque tonitrua: Quæ quidem omnia mi fili, & alia multa similia, consultò prætermissa, vt tristis demū monstrauit euentus, malorum multorum, atque calamitatum fuere verè prænuncia. *Io.Fran.* Ex his ergo tantis, quæ modò adduxisti pater, vt singula obseruare contendi, intelligere videor, & illò tendere collecta exempla depræhendo; vt futuri infortunij prodigia, siue portenta, sint quoque ista futura: Quid ergo tu sentis? Quid putas? quid cogitas? Tuam in re tanta, iam prome sententiam? Et si quid præmissis aduersum, depræhendere boni, in latenti hoc Mysterio vales, multorum dubia, timida, incerta, omni fęlici spe iam destituta ingenia, & tranquillitatem omnem, atque lætitiam, penitus in Patria ista, tot ærumnas passa, desperantia, solari mihi, magna in parte videberis; nō paucaq; hac in materia me didicisse, hac die putabo: Verebar enim, ne Tragędiæ instar, in luctus prolabi, desinereq; vellet oratio ista; sed alia mihi nunc polliceri, vultus tui serenitas certè videtur: Quæstionis itaque tantæ solue, mi pater nodos: Aperi, si potes gaudia, & pendentes tot gentium animos, ne subleuare moreris: *P.* Maiori hæc tanta otio, quam mihi fortuna dedit, egerent mi fili; sed exitum aliquando quæramus,
282 & rei tantæ veritatem, in apricum promamus: Docendus

eris

eris primùm, vt certè, solideq́; loquamur, prænunciorum istorum, varia esse apud scriptores nomina, siue vocabula, idem minimè significantia; Nam vt Alcia. noster ad l. ostentum de verbor. signific. docuit; aliud ostentum, aliud portentum, aliud monstrum, aliudq́; esse prodigium censet; quamquam antiquos indifferenter, his vocabulis vsos, verissimilius sit; quæ quidem omnia distinctè ipse, ac eleganter valdè enarrat. Et si non ignorem aliter D. Augustinum rem hanc explicare lib. 21. de Ciui. Dei cap. 8. ad finem; Monstra, inquiens dicta à monstrando, quòd aliquid significando demonstrent: ostenta ab ostendendo; portenta à portendendo; idest à præostendendo: prodigia quòd porrò dicant, idest futura prædicant: Eodem ferè modo, Cic. de diuinat. dum inquit; quia enim ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt; ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur: Sed ista, rerum similium coniectoribus, relinquenda putamus. Prodigium autem, quod ad subiectam materiam magis accedit, inter cætera dicitur, quòd futurum prædicat, quasi prodicium c, in g, mutato Festo teste: Inde Noniũ prodigia, quasi Deorum minas, vel iras appellare deprę-hendi; Virgil. 8. Æneid. Sola nouum, dictuq; nephas Harpia celeno, prodigium canit: Illaq́; fuit propria apud scriptores, horum vocabulorum significatio, & si quandoque, vt monui, promiscuè etiam his vterentur; supraq; ego ad rem clarius aperiendam, quo loco sum vsus. Nũc autem diligenter, & accuratè singula perpendendo, nec ostentum; nec portentum; nec monstrum; nec minus
283 prodigium, hoc tñ Mysteriũ; vt omnia iã exẽpla relata demonstrant, esse cõperies; nec rectè, proprieq; ratione vlla appellare, mi fili poteris: Sequitur constanter ergo, hoc magnũ Mysteriũ, (quod nos non præcessisse, sed infortu-

nia

nia ſubſecutũ firma ratione putamus:)ſigna magna; gratias;atq; miracula tanta;ſummo potius Dei iudicio tamquã tranquillitatis,pacis,fęlicitatis,& boni verè prænun-
284 cia, quàm vllorum malorum eſſe portenta : quòd ſolùm, cæteris reiectis,admirabile Myſterium appellare,poſt multa probabiliter iuuat. *Io.Fran.* Lętor vehementer pater, ad talia maximorum bonorum, & inſperati gaudij argumenta, me fuiſſe ſic ſenſim, & quibuſdam velut veritatis gradibus, à te deductum; ſed quomodo hæc ita eſſe, potero probabili coniectura,mihi perſuadere?*P.* Fient tibi omnia fili, exemplis plana; atque rationibus, ſi benè attenderis,Deo iuuante, manifeſta. *Io.Fran.* Perge obſecro mi pater, & tanti arcani, tantarumq; rerum præclaros euentus, argumentis, quibus poteris, dubitantibus
285 multis, mihiq; magis, hoc loco demonſtra. *P.* (De vultu tuo Domine iudicium meum prodeat, & oculi tui videant, dicentq; veritatem,vt cum Propheta rem tantam exordiar. pſal. 16.) Obſeruaui primùm fili, ex multis, quos ad rem inueſtigare contendi; ſupraque relatis, & alijs perluſtratis exemplis; vel ſigna præceſſiſſe mala, vel bona : mala malos effectus, exituſque prædixiſſe;bo-
286 na autem bonos prænunciaſſe. Rurſus portenta ſemper, atque prodigia præceſſiſſe,raró tamen ſubſecuta : quamquam B.Hieronymus ſuper Micheam, in malam ſemper partem,portentorum, prodigiorumq; diuinationem accipi, doctè, rectiſſimeq; tueatur. Et vt ab exemplis, probabilia argumenta ducamus, omnium per me ſupra relatorum, portentorum, prodigiorumq; exempla; horrenda, & mala habuiſſe vidimus ſigna, ac peſſimos quo-
287 que ſubſecutos fuiſſe euentus : E contra verò legi, ſigna, & portenta bona, bona quoque indicaſſe. Pateat tibi in primis hoc, ex Pharaonis Regis ſomnio, ſupra iam allato;

to; cuius pingues, atque ſupra modum pulchræ iuuencæ, per quietem viſæ, ingentis ſubſecutæ fertilitatis, certa argumenta dederunt: Item illud Ioſephi Gen. cap. 40. Pincernæ Regis ſomnium (vt erat bonum) interpretantis, quod ſubſecutæ liberationis, atque ſalutis, fuit verè prænuntium. Rurſus poſt Remum, & Romulum, aliud memoria repete, Ciri Perſarum Regis exemplum; cuius latè imperium, tanta fama valuit; vt cùm ab Aſtyage feris expoſitus, & pulſus infans fuiſſet, numinum cura ſeruatum, catulamq; vbera prębentem habuiſſe; ac inde á Paſtore piè exceptum, nutritumq; tradant: Quæ res futuram tantam illius magnitudinem, atq; fęlicitatem, haud dubiè portendere viſa eſt: Iuuet inſuper, recenſere alia, de Seruio Tullo, atq; Lucio Sylla Conſul. a Val. Maximo lib. 1. c. 6. adducta; Seruio enim Tullo adhuc puerulo dormienti, circa caput flammam emicuiſſe, domeſtici adnotarunt; Quo prodigio, illum ad regium faſtigium euectum, fuit à priſcis notatum: At Lucio Syllæ Conſuli, ante Prætorium immolanti, prolapſus ab vna parte aræ anguis, ſubſecutæ victoriæ, ac demum ampliſſimę potentiæ gradus, & fundamentum extitiſſe, Aruſpices obſeruarunt. De Diuo Dominico, Ambroſio, & alijs, ſunt ſatis aperta memoranda audita ſigna: Cùm Dominici mater, natum vtero gerens, Catulum ignitam facem ore tenentem parere, ſibi videri, & per quietem obuerſatam tradatur: Ambroſio verò infantulo adhuc, interdiu dormienti, apum examen eius ori hærere, inde ad ætera vſq; euolare, fuerit mirabiliter viſum. Illa tanta futura mundi lumina, tantorumq; Diuorum ſplendorem, & radios, alta ætera ſuperaturos, verè denotantia. Mitto alia de varijs, ex grauibus periculis ereptis, quæ futuræ ſigna fęlicitatis, quandoque fuere prænuntia: Alia etiam pręterco

tereo

tereo ab Alex.ab Alexan.d.libr. 2. cap. 31. lib. 3. cap. 26. & alijs plerisq;, copiosè ad rem satis tradita. Possem & alia multa de fato, quæ quandoque legendo percurri, non ab instituto nostro prorsus extranea, in medium proferre: Sed cùm post multa, omnia illa priscorum somnia compererim; & præter Dei præscientiã, omnia non fato, ineuitabilique necessitate, sed cæco casu, ac temerè euenire cognoscam; vt omnia plenè, summæ mihi eruditionis vir, Iulius Sirenus Brixianus, integro nouem librorum volumine, copiosissimè multis, ac multis comprobauit, sintq; à Mysterio nunc isto aliena, remorari tanta ista me non potuerunt. Sed ne vagemur latius, aliundeque
288 emendicata inquiramus exempla, sacra nobis pagina, signa, & portenta bona, fęliciaq; multa demonstrat; quæ secundarum, salutariumque rerum omina, certè fuere: Qualis scala illa Iacob Genes. cap. 28. in somnis cęlum tangere visa, quæ multorum bonorum aperta, abundè pręstitit argumenta: Aliud Io. Baptistæ exemplum, qui in matris vtero exultans: Saluatoris matris præsentiam, splendoremq; venerando cognouit; Luc. 1. Memorabili præterea Christi Natali die, quo & Pastorũ, ab Angelis tãti gaudij prænuncijs salutatio, Deum Iesum, in terris natũ prædixit, Luc. 2. & stella illa lucida, in Oriente, Magis apparens, quæ veram Iacob stellam natam, antiquasque illas tenebras euanuisse, significauit; Cuius duce, se à remotissimis terrarum finibus mouentes, Christum Iesum etiam natum, stella visa vaticinantes, agnouerunt, & pretiosissima offerẽtes munera, Deum adorarunt, gaudioq; magno exultantes, omnibus prædicarunt, Mat. 2. Quo etiam Natali die, in Romana vrbe, trans Tyberim, in priuata cuiusdam domo, nouo portento, oleum ex fonte, per diem totum abundè manasse, peritissimi viri scripserunt;

pserunt; aperta Dominicæ natiuitatis, humanæ salutis, verè fontis argumenta; lætaque signa: Et ne tanta iam
289 Dei arcana, pluribus inuoluere, mysteriaq; magna tran quillitatis, & bonorum verè prænuncia, tot alijs exemplis commonstrare, & comprobare, tueriq; velle, mi fili contendam; Istud, tantæ fęlicitatis certissimũ esse omen ostendit, Rubus à Moyse incombustus in Monte Horeb visus Exo.c.3.qui Mysterium nostrum, omni parte referre, tantamq; maiestatem illustrare præclarè videtur: Flāma enim illa, Sacræ legis symbolum, diuinæq; virtutis specimen, mihi demonstrans, in medio Rubi ardere con specta, magnum in hoc tanto Mysterio amorem, magnam beneuolentiam, summamque charitatem nobis, promouēte Maria, à Deo indicatam, pręseferre dignoscitur, quæ in medio Rubi, quasi calamitatũ Campo emicuit, quo cerneremus apertè, Rubum, & sentes, tamquam mortalium maculas, animam pungentes; igne, hoc est diuina pietate, diuinæ virtutis calore, & abstersione egerè, quo his præuisis signis, lucidus magis, nitidus, & mundus ad promissa bona capescenda, cęlestiaq; contemplanda, redderetur mortalium animus: omnesq; ad se venientes, illo diuinæ virtutis calore foueret; & à frigidorum, malorumq; consuetudine reuocaret, atq; ad se omni pietate allijceret, rerũ omnium moderator Deus: Efferos verò, superbos, duræ ceruicis homines, omniq; parte contumaces, atq; scelestos, vi sua exurens, consumeret; sacra enim omnia istà sunt, plenaque numinis. Quemadmodum enim Deus, magnum illud prodigium, fœlici omine, Moysi commonstrauit, quia populi afflictionem, in Ægypto vidit, clamorem eius, audiuit, & sciens dolorem eius, descendit, vt eum de manibus Ægyptiorum liberaret, educeretq; de terra illa, in terram bo-

nam; lac, melq; fluentem: Sic ipse Deus, qui est, qui est, nunc nos visitare dignatus, calamitatum tantarum, quas vidit, & audiuit, benignè misertus, hæc quoque signa demisit: Nos cum Moyse etiam, calceamenta soluere voluit, hoc est maculis, odio, simultatibus, omniq; labe mundari: Mirabilia nos intueri fecit, nec vacuos adiré, sed gratijs, & bonis multis dimisit ouantes. Miracula etiam tanta, quæ Moysi ostendit, voluit quoq;, ad cordium nostrorum tarditatem eleuandam, nosq; excitandum aperire: Virgas in Colubros vertere, hoc est Christi Crucem, à prudentibus cognitam, latentiaq; multa in apricum proferre: Iam indormientes nos, & segnes cautiores, prudentiores, magisq; vigilantes vrgere. Remissa corda excitare, simultates, abditosq; malorum affectus, in viuidos, ac æstuantes fidelium animos, bona omnia spirantes conuertere; multorumq; mentes, in sopore, tenebrisq; iacentes, iam promouere. Nec omnia, quæ mihi occurrunt Rubi mysteria, pando. Si igitur mi fili, ab
290 effectibus rem comprobando, hæc mysteria bona, sancta, pia, & religiosa: Miraculorum, gratiarum, diuinarum laudum, & precum: Amoris, beneuolentiæ, pacis, immensæq; charitatis, & subsecutæ reconciliationis, vndequaque plenissima fuerunt, & sunt: Quid aliud portendere, quid promittere, quid prænuntiare nobis, quid omnino polliceri, probabiliter possunt; quàm quietis, letitiæ, omnium fœlicitatum, & bonorum; quàm summæ, & magnæ, in tota hac nostra Patria tranquillitatis, indubitata argumenta, certaq; signa? Vt verè dicam Deum ipsum, Beatamq; Virginem, proximarum calamitatum, & miseriarum, quas pro fide, pro Religione, pro Christi nomine, contra Ecclesiæ hostes sustinuimus, memorem, nunc hac laborum palma donare, nosq; omnes plenè solari,

lari, tanta cum iucunditate voluerit: & vt paucis agam, Patriam hanc, voracibus militũ impensis, bellorumq; tedio fessam, speciosissimo isto, atq; mirabili quasi triumpho; demum recreare dignatus, pijssimè sit Deus. Vix est
291 enim, vt malo peragantur exitu, quæ tam fęlici, & bono sunt inchoata principio c. miramur 61. distinc. *Io. Fran.*
292 Habes nonne pater, opinionis tuæ, traditionumq; tuarũ testem aliquem grauissimum. *P.* Firmius hæreant tibi, pateantque manifestè, magni Euripidis auctoritate: scriptum enim ita, prudenter ille reliquit; Cùm vniuersam domum perdere vult Deus, causas prius cur perdere videatur, secundò creat; ergo tradit apertè perditionis, & malorum causas, per præmissa signa, portentaq; demonstrari: Rursus innuit perditionis, & malorum omina, mala infaustaq; apparere; quod necessario eius sententia indicat, naturalisq; ipsa auctoritate munita, mox adducta ratio firmat: Ab oppositis, & contrarijs nunc arguendo: si vniuersam domum, vt firmissimè conijcimus, Patriamq; totam incolumem, atq; tranquillam esse vult Deus; causas etiam prius, cur iuuare, cur seruare velit; creat, atq; præmittit; At cùm signa fausta, fęliciaq; sint, non perditionis, sed incolumitatis, sunt verè præmuntia. Rursus si tam bona signa præmisit, ergo necessariò, non minas, sed bona; sed salutem nobis enunciat; & si omnia bona; ergo domus, ergo Patria fęliciter salua; & si bona signa, bonos quoque sperare debemus euentus. Sed si iocari paululum liceret fili, perquireremus causas multas; & videres apertè; sicut priscos illos Gentiles, multa signa bona à cantu, volatu, auium garrio, sonitu; animalium occursu; stellarum ortu, hisq; similibus capere consueuisse legimus (& si mera deliria mihi hæc omnia videantur; siderumq; in hominum natiuitatibus

obseruatione, iam temporibus nostris, qui Christianis institutis viuimus, tamquã ab ecclesia damnatæ, Christo nato cessarint, & recesserint omnino, ac euolauerint ab aula c. igitur genus, circa finem 26. q. 5. & 4. Ita tantoq. magis Mysterium hoc magnum, nouum, & arduum; tot cantibus, tot simphonijs, tot lætantium, Virginemque laudantium frequenti occursu: tot miraculis, & signis illustratum; totq; bonorum vndequaq; refertissimum, bona omnia, fausta, & læta portendere, polliceriq; debere, fatendum certissimè erit. An hæc fortè pluribus, tibi
293 sunt comprobanda exemplis? Quot dissentiones sedatas, quot simultates extinctas; compositas lites; pacata intestina, inueterataq; hominum odia, longo iam tempore cordeconcepta, prorsusq; ante desperata, & ossibus infixa? Quot mores, quot ritus, quot vsus, & instituta, oĩa fere temporũ iniuria iam deprauata, renouata, pieq; reformata, audiuimus? Testes harum rerum sunt locupletissimi, eruntq; omni tempore magis, non Vici tantum, non Patriæ Ciuitates, & populi; sed vicinarum etiam prouinciarum gentes, post tanta suscepta externa, atq; interna à B. Maria, sacroq; Mysterio dona. Tanta hæc visa, & audita; tot gratias, tot miracula; tot inaudita Mysteria plena voce, & incessanter hic, & illic nouis præconijs, & laudibus (omnia dictu maiora) mira alacritate, nouoq; gaudio prædicantes: Testes surdi, muti, & cæci; Tot ægrotorum, & languentium turba, paucis ante diebus, passim iacere conspecta, nunc vero mirabiliter B. semperq; Gloriosissimæ Virginis præsidio, integram ęgritudinum salutem, consequuta; Tibi benedicentes, te laudantes, omniq; concentuum genere, gratias tibi omnes agentes, Virgo Maria: Testis (proh Dij immortales) Patria ipsa, ipsumq; Patriæ solũ, proximis mensibus, & an-

nis,

nis, tanta impiorum hostium coluuiæ, hæreticorumq; sintina calcatum; nunc verò innumerabilium populorũ, & gentium concursu, summo ardore flagrantium, nil præter Dei, Mariæq; gloriam, magnis suspirijs; & hymnis ad sydera vsque efferentium, benignè inuisum. Tot ante blasphemias, tot iurgia, tot in Deum, & Sanctos emissa conuitia; nunc in dulcissimos modulantium cantus, mirabiliter versa: Tot tympanorum, tot bucinarum, tubarumq; clangores; In lachrymas, mitissimosq; planctus, & voces, nouas Mariæ laudes, vndequaque personantes conuersi: Testes tot clypei, tot gladij, hastæ, & hostium arma: In Litanias, Scipiones, Peregrinantiumq;, domesticorum, & amicorum baculos, commutata: Quid aliud,
294 quorsumvè fili, putas, hæc nobis commonstrasse Mariã? Quàm quæ præteritarum Patriæ huius ærumnarum, incommodorum, atq; miseriarum pijssimè conuulsa; quæque non potuit satis, tot euentus, tempus, fortunamq; nostram miserari; dum tamquam ab alta specula, proximorum temporum, pestem, famem, bellumq; atrocissimum; cuncta pro fide in parte tollerata prospiciens; quibus omnibus fuit infęlix ista regio agitata, atq; contrita, hoste demum diuina ope, Principisq; cura, trans alpes, in Galliam pulso, statim tantarum calamitatum quietem, atque solatium, à Deo precibus exaudita, demum
295 afferre curauit: An animaduerteris nescio, statim hæretico illo hoste fugato, tamquam è fornace magna, istas tantas in altum erupisse flammas? Quid omina itaque dicimus? quid portenta? quid prodigia dubitamus? Quid tanta signa inquirimus? Nil enim illa cum mysterio isto, videntur habere commune, nil ad prodigia pertinere, non ad fatum; sed ad solam Dei voluntatem, & prouidentiam, hæc omnia sunt referenda; Qui pro nostra tantum

optata

296 optata salute; hæc omnia mittit. Et cuius tantùm solius est, futura præscire, prophetante Isaia cap. 41. & c. 1. 26. q. 5. Infortunia præcessere fili; venere tempora læta; non est quòd sinistri post euenturi, suspicari aliquid in posterum valeamus: Quæ recensui ante prodigia, & ostenta, fuerunt subsecutorum malorum, verè prænuntia; Hic mala præcesserunt omnia; Deo nostrum miserto, subsecuta bona; Non est quòd Dei minas, & iras, quæ cessarunt,
297 timeamus; non est quòd desperemus amplius. *Io. Fran.* Sed quæ nam te ratio, coniecturaq; mouet, quo persuadere innixè, efficaciterq; valeas, Mysterium hoc infortunia, vt asseris subsecutum? remq; ita esse clarius adhuc intelligere, mi pater expecto. *P.* Gradum hic, quæso fili sistamus, remq; tantam, cognitione dignissimam contemplemur; fateri mecum tu ipse cogeris, Mysterium hoc nostrum, ex traditis tantis, ineuitabiliter boni euentus, esse argumentum: Nam bonum in se, ex multis iam adductis nemo negabit. At Mysterium, rerum à Deo promissarum præcedere, vel subsequi euentus, est necessariò fatendum: Si præcessit, ergo quæ futura, bona sunt euentura, tamquam bono signo præmisso, quod latius comprobare non expedit: Si secutum, vt mihi probabilius iam visum, quia bonum, omnia infortunia iam expurgasse videtur; & quia gaudij, solatijq; plenum, fœlicia omnia auere, ac prænunciare, & quæ præcesserunt mala, non amplius timenda promittit. Si enim vota Deo vouemus, & redimus; si gemitus, si lachrymas; si publicas, & priuatas processionaliter etiam preces, tanta pietate fundimus, vt Dei omnipotentis iram, à nobis auertamus; vt B. etiam Gregorio contigit; qui remedijs
298 istis, pestis, incrementa magna, suo tempore propulsauit; atq; Angelum Dei gladium in vaginam mittentem

videre

videre promeruit; Cùm hæc omnia ſigna, In Myſterio
iſto fuerint clariſsimè comperta; nónne etiam Dei indi-
gnationem à nobis abeſſe, tantis nos exemplis, moni-
tiſq; promouendo; fatendum hoc tempore erit? Quid iam
eſt opus alijs, rem tibi certam, pluribus demonſtrare?
299 An neſcis fili, ampliſsimum tibi patêre ſolidæ huius opi-
nionis, & dictorum exemplum, in Lucæ Myſterio enar-
ratum? vbi poſt multas inauditæ famis, & calamitatum
anguſtias; quibus reſpirare iam iam non poterant, illius
Prouinciæ gentes, B. Virginis gratias, nouumq; illum the-
ſaurum, certum fuiſſe tantorum malorum ſolatium, om-
300 niaq; inde tranquilla, proſperaq; ceſsiſſe? *Io. Fran.* Poterit
nónne pater, & hoc magnum Myſterium, portentum
appellari? vt ex ſacra pagina conijci poſſe, iam indicaſti,
præſertim Exodi, & Deutero libris? *P.* Si hoc, bonorum
tantorum portentum, dicere volueris; fortè Paul. Apoſt.
habebis huius dicti defenſorem, ad Hebr. c. 2. Ibi confirma-
ta ſunt, quæ nobis per Diſcipulos Ieſu Chriſti ſunt tradi-
ta, Conteſtante Deo ſignis, & portentis; & varijs virtu-
tibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus, ſecundum ſuā
voluntatem. Rurſus Dauid Pſal. 45. & Ierem. Proph. cap.
32. & alios etiam paſsim; ſed hæc latè re intellecta. An
nónne audiuiſti, quanta hoc etiā anno, apud Cuneates
audita? Quot quoque gentium, populorumq; concur-
ſum ad Sacrum vlmi Sacellum, in Cunei agro poſitum,
tot iam gratijs, & miraculis clarum, teſtentur omnes?
Quot, quamq; varia gentium agmina, eodem tempore
mira religione, & cultu, proceſsionaliter etiā commeaſſe
referantur? Quot eleemoſynas elargitas dicant, & prædi-
cent vniuerſi? Sic tam illuſtris, & peruagata illius Sacelli
fama, exauditur. Magna hæc nobis, Dei arcana, certè.
301 An ignoras, etiā fili, quid Peritiſsimi Aſtrologi, longa ſy-
derum.

derum obseruatione, hoc quoque tempore prædixerint; admirabile aliquid, hoc anno euenturum? Hic est annus; hoc tempus; hæc ætas; hoc admirabile est illud Mysterium; ab ipsis in nube iocando præuisum, nutuq; nobis, euentu comperto indicatum? Et si nullatenus sit fatendum, illos similia, soli Deo remissa, potuisse pro veritate vaticinando videre; grauissimo huius rei teste Daniele c. 2. cùm in solo Deo sit futurarum præscientia; cuius non est cum hominibus (vt ait ille) conuersatio, ipse reuelat profunda, & abscondita; nouisque in tenebris constituta, & lux cum eo est? Iterum est Deus in cœlo, reuelans Mysteria; vt & Nabuchodonosor Danieli apertè testatus.
302 Nónne nouisti etiam, hoc similiter anno, magna contigisse in Italia, huius Mysterij miracula, & signa à B. Virgine Calabriæ, & senis, (vt aliquorum literis accepimus)
303 quoque demonstrata? Atque, vt rem istam totam paucis iam, mi fili complectar, Mysterium hoc magnum, & admirabile; Iridi è Cœlo elucenti simillimum puto, quæ dum in curuata nube apparens, iam cessasse imbres, grandines, tonitrua, omnesque infortuniorum tempestates, atq; procellas, plerunq; denunciat: Sic Mysterium istud nouum, & arduum à B. Maria emissum, & promulgatum, tamquam lęta colomba, è Noe arca euolata, cessasse damnorum imbres; Cęlorum cataractas clausas; conquiescere superum iras; Deum nostrorum tandem malorum, atque calamitatum misertum; omnia iam læta, tranquilla, atque pacata futura, Iride præmissa, carissime fili, sic superno dictante numine, mihi hac tempesta-
304 te prænunciant? Repete ad hoc memoria nate, præteritorum annorum calamitates, tanto subsecuto signo, atq; Mysterio, ærumnarumq; tanta purgatione egentes.
305 Repete mente grauissimas illas; atq; męstissimas hæreti-
corum,

corum, infideliúmq; occisiones; & aliorum etiam promiscuas cędes; vlulatuum, lachrymarumq; plenissimas, anno 1572. in vniuerso Galliæ Regno auditas; innumerabiles certè, & propè infinitas; adeò vt trigenta, & plus mortalium millia, eo tempore cęsa, suspicerent vehemēter omnes: Alios gladio necatos; multos in proximos amnes præcipites missos, alios immani crudelitate trucidatos; vt non terra tantùm, sed flumina etiam, humano tanto sanguine tincta, tunc passim circunspicerentur; vt verè exclamare, infęlix illa regio posset, ploratus iste meus magnus, & vlulatus quidem multus. Repete miserrimas Cardinalis, & Guisiæ Ducis infęlicium fratrum; in Gallia neces: Henrici Gallorum Regis nouam, & prodigiosam mortem: Amplissimæ illius Parisiorum Ciuitatis obsessionem, lachrymis, planctis, & omni ærumnarum genere, pro Christi fide, ad multos dies, post numerosum cuiusuis conditionis gentium interitum, constanti, infractoq; animo perpessam: Repete tot Ducum, tot Principum, & Heroum; tot insignium virorum, & militum strages, penè innumerabiles: Tot clara nobilitatis, & conspicienda corpora, gregarijs militibus admixta, & inter promiscuas cadauerum strues, auium, ferarumque laniatibus obiecta: Tot Ciuitatum, & oppidorum cruentas expugnationes, calamitates, ciuilesq; dissentiones, tanto sanguine respersas: Vniuersum demum illud Galliæ Regnum, Belgasque populos, & Flandros, tanto abhinc tempore, bello misertimo fessos, iam penè contritos, & mortuorum casibus fęre inuidentes; vt multa collapsa, solo æquata, iamiamq; ferro, & flammis vastata omnia, passim conspiciantur. Repete tantam Christianæ Reipub. iacturam; Totius Italię maiestatem, in torpore, atq; langore nunc ita iacentem; vt immutata, &

106

innouata vbiq; omnia, fereq; nutare videantur. Repete (proh dolor) Christiani Imperij decus, ab immanissimo Turcarum Tyranno, multis artibus; & modis, toto conatu, omni quacunque ex parte impetitum, marium, terræq; totius ipso minante trepidationem. Cùm non solùm iam ante conceptum; & meditatum ab eo terra, mariq; bellum intellexerimus; sed æstuantissimè etiam, vndique accensum, magna Christiani nominis iactura noscamus; Vt Hunnos, & Vngaros non tantum, sed totam penè Panoniam, & Imperij Germani sedem, proximasq; Prouintias, tanto effuso sanguine, rabidissimè infestare non cesset; & si magnis suis latratibus, magna cum Christianorum Principum gloria, eiusq; non leui detrimento, obsistere, & suo nomini adesse, tamquam suam summam, & maximam causam defensurus, dignatus sit hactenus
307 Deus. Repete summorum Pontificum, proximis annis repentinas mortes; breuesq;, & vacuas relictas Petri, nescio quo fato, sedes: Cùm Sixto magni nominis Pontifice, nouis portentis visis, mortuo; quindecim mensium spatio, tres breui tempore vita functos audiuerimus: Vrbanum Septimum 15. Septembris 1590. creatum, diebus tantum vndecim vixisse: Gregorium decimumquartum, mensibus decem: Innocentium verò nonum, mensibus duobus, & die vno in humanis fuisse, sedisseq; tantùm, intellexerimus: Magnum quippè illa tanta aliquid, atq; admirabile aduenturum prænunciabant; nec alio certè, quam Dei, Beatæq; Mariæ Solatio; tamquam fælici omine, atq; præsidio, ad tantas nequitias, tanta mala expurganda; tantamq; numinum indignationem sedandam, & infortunia extinguenda egere, illa tanta comperiebantur.
308 tur. Cùm Deus ipse, fili dulciss. pater sit misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui solus in tribulationi-

tionibus nostris consolari nos potest, prædicente Apost. Paulo, Epistol. 1. ad Corint. 2: Quid enim tanta, à Deo Moysi demonstrata, in Sacra historia signa? quid panis; quid Coturnicum; quid mannæ; quid tantarum rerum, Israelitico populo prouisio? Exod. 16. 17. & alijs. Quid alia tanta emissa, & collata dona, præseferre voluerunt, quàm immensam omnipotentis Dei liberalitatem, præcipuamq; illius populi curam? Ergo tanta bonorum, atq; gratiarum signa, nobis quoq; hoc tempore communicata; summum Dei amorem; summam charitatem, atq; beneuolentiam; & particularē eius de nobis solicitudinē, atq; meditationem efficaciter mi fili, aperteq; declarant: Vt verè cum Isaia Proph. c. 12. exclamare possimus, Conuersus est Domine furor tuus, & consolatus es nos; & iterum, Haurietis aquas in gaudio, de fontibus Saluatoris: Cùm itaq; fili, vt arcani tanti recondita sensa claudamus, tantus iste mortalium motus, tantaq; cęlitus emissa, hoc tempore signa, omni parte fuerint mirabiliter effusa, vniuersi etiam orbis tranquillitatem, atq; concordiam spondere nobis, diuino tamquam nutu præuiso; quod faustum, fęlixq; cunctis tanto tempore sit, verisimiliter dignoscuntur. *Io. Fran.* Dulces certè fuerunt, optimè pater, & iucundi valdè; nec minus eruditi sermones, de Mysterij tanti prænuncijs, quos mecum colloquendo pluribus, ad rem tantam comprobandam exemplis, atq; rationibus, in vtramque partem adductis contulisti; grauissimis argumentis, atq; proloquijs cuncta benè cōmunita; mihiq; magis historiarum ignaro, tantis auditis grati, & vtiles valdè fuerunt. Ita demum futurum sperant, augurantúrq; vniuersi: Sed quid illud obsecro pater, quod è Sacra pagina referri audiui? Cùm viderimus hæc omnia fieri, sciendum propè esse Regnum Dei?

Ergo hæc Mysteria pater, quibus proximè illa respondent, aliud quàm ea, quæ mox aperuisti indicare, prænunciareq; mihi videntur: Quid in tanta perplexitate tenendum? Quid censendum putas? *P.* Alta sunt, quæ moues fili; ex sacræ hystoriæ fontibus, omnia verè deprompta; Hæc namq; sunt quæ Math. 24. & Luc. 21. copiosè leguntur: Sed à re tamen nostra, longè discrepantia: & no ingenij tui lumen, frustrà obumbrari contingat, hæc negocium facere, nulla ratione videntur; quamquam prima facie, magnum quid afferre proculdubio noscantur: Marcus enim, & Lucas, etsi de seditionibus, prælijs, fame, & peste, alijsq; signis hac tempestate visis, mentionem etiam agant; illa tamen reuera eorum sententia, ad
309 Antechristi aduentum, & nouissimum diem, est paucis referenda: Quorum neutrum tempus, nec aduenisse, nec aduentare scriptura commonstrat: Nec enim cùm Solem obscurari; Lunam lumine carere; Stellas de Cœlo cadentes; & virtutes Cœlorum commoueri; Gentem contra gentem; Regnum aduersus Regnum surgere; & terræ motus, terroresque de Cœlo, & alia signa, præter præmissa nundum cernamus; nulla coniectura docet; propè esse Regnum illud Dei; vt annalium illi Christi scriptores, iam cecinerunt. Ad alia rogo; & magna illa Dei arcana mittamus; ac quæ dixi fili, rationi innixa putato. Sed quid de Alexandro fratre, iam dicendum? Quid de nobis cogitabit ille? quídve in tanto variarum rerum colloquio, sibi agendum existimabit. An à sermone nostro, nostrisq; communibus cum eo disceptationibus; an à nostro congressu excludetur? An eum, rerum istarum speculatione indignum, apud nos haberi, fortè putabit? Iam me æquales paterni amoris affectus, hac in parte transgressum; ad teq; vnum Io. Francisce, me

om-

omnino conuersum, ipso penitus relicto, in tanto silentio dubitabit; cedenda ergo iam illi palęstra: Eia itaque fili, Alexander quid agis? Nil ad ea, quæ de te mouentur respondes? Nę timeas fili, tuæ adhuc in breui hoc campo, supererunt partes; ac tui etiam apud me parem curam esse putato; delitiæ enim meæ vobiscum esse; in quibus ò fili, spem futuri otij mei sitam, iampridem conieci. *Alex.* Dormienti simillimus, Venerande pater, in dulci isto vestro literario congressu, in quo perpulchrè hactenus, alta nimis scandendo, vos exercuistis, rerum tantarum incapax constiti. Audiui primùm Ioan. Frá. fratrē, á quo lactea quædá, & cana, quasi verba manabant, de Pilarii antiquitate, & fundatione, multa, lepidè quidem disserentem; & nouam illam Societatis Annunciationis B. Mariæ Peregrinationem, singulari cum ordine explanantem; multaq; alia scitu, & cognitione dignissima, aptè suo loco miscentem. Inde grauia tua, atq; recondita illa Mysterij huius arcana, & alia multa, tot rationibus, exemplis, auctoritatibusq; comprobata, & tam ex Sacrorum, quàm aliorum auctorum Scrinio deprompta, suspexi: Quorum omnium spectatores, nos ipsi fratres, oculis in rem tantam intentis, multo tempore fuimus pater. Obseruaui autem magna cum voluptate vehementer, quæ perbellè, quasi venando, non sine delectu collegisti; Sed quia sublimia nimis deprehendi, in silentij cancellis contineri, tacita paterna iussa monuere, Admiratus sum non parum etiam doctrinæ varietatem, dicendique vim non singularem; summa festiuitate, & venustate, tot exemplorum læta enarratione, ita con iunctá; vt ad ea ferè omnia, non leuia oratoria ornamenta concurrere, quoque dignoscerentur. Tuæ partes nunc erunt pater, vt quæ nec ingenij acie contemplari satis,

nec

nec aſſequi cogitatione poſſum, facias tu qua poteris conſueta facilitate, atq; prudentia plana: Quo enim tantarum rerum deſiderio, ardere cœperim, tu ipſe nouiſti; ſed cùm fas mihi non ſit, hoc tempore, tranſcendere tanta, vtere peritia tua; tuo iudicio præſta, vt vtilia ſaltem, & memoria, intellectuq; facillima, conſequi, aliqua in parte valeam; & retinere diu. *P.* Poſtquam mi fili, ſatis per freta vela altè perduximus, portum petituri, nauigationis noſtræ anchoras demittere conſtitui, te (mihi crede) ſolari in tanta materia vellem; ſed quid expectes, quid tibi iam deſit, mi Alexander, ignoro: Adeſto animis, &
310 ſi quid prætermiſſum noſti, nunc paucis oſtende. *Alexan.* Conſueuerunt pater, periti ludorum Athletæ, in ſcenam prodeuntes; grauesq;, & magna facundia præditi Oratores; ne feſſos omnino, & varia lectione perplexos ſpectatores, auditoreſve linquant; quæ multa longo ſermone dixerunt, paucis admodum perorare: vt breui velut compendio facto, leuia ſaltem aliqua, in tanta ſcelectarum rerum copia, tantaq; lenitate tenti, referre illi videantur: Similiter ego, cùm in ampliſſimo iſto Theatro, animum rebus multis obrutum, quæ euolarunt, & reuolarunt tanta, adeſſe omnino ſentiam; Dulcem velut preſſum, variarum herbarum ſucum, à te mihi ſaltem relinqui deſiderarem: fac ſi libet, vt noua iſta ſuauitate allectus, lætus quoque à te hoc tempore digrediar, dum pauca ſcire adhuc, mi pater, exopto. *P.* Non poſſum tibi recta, iuſtaq; roganti, deeſſe mi Alexander; quæ tibi ergo compendio perſtringenda videntur, innue; dum labori tanto, quem iã ſuſtinere certè nõ poſſum, finem breui imponere curo. *Alex.* Tota (ni fallor) Dialogi tui intentio, ſcopuſque vnus, eò tendere noſcitur pater, vt admirabilia tanta, noua, & magna in Myſterio hoc exaudita, in apertum

tum prodirent. Sed quæ ista breuiter sint, aut non intellexisse, aut non benè percepisse iam videor: Hæc itaque singula breui percurrere, ne diu cunčteris, dum te verborum suauitate pollentem, sic cupidè moror. *P.* Multa iam dixisse videor fili, & quidquid intra tanti Mysterij pomeria contineri noscebatur, sat perlustrasse; verùm ea, qua decebat magnitudine, ac maiestate, nulla ratione cerno, fuisse me plenè complexum: non pauca tamen, hoc loco prætermissa, nequaquam apertè negabo. *Alex.* Quæ præcipua, & admiranda sint ista; ne inanis omnino, & vacuus è tanta palæstra recedam, demum mi pater ostende. *P.* Magna ergo sunt illa, quæ à te animaduertò perquiri; quæ quidem omnia, dum paucis expono, quæso, mi fili, diligenter attende. Admirati sunt primùm om-
311 nes tantum, & inauditum gentium vbiq; motum, omni parte magnum, & admirabilem; vt quatuor mensium spatio quindecim centena millia virorum, atq; mulierum, è prouincijs multis, ad Sanctissimas illas B. Virginis aras, quasi vno tempore signo è cælo dato, velut stella Magos comitante perducti, mirabiliter accessisse putentur. Admirabilis Populorum cōcursus, Peregrinorumq; frequētia, præsertim Natiuitatis B. Mariæ Solemni Pilarij festo, illo in loco, spectandi tanti Mysterij gratia, conspecta; Cùm tantam, ingenti cum pressura, Conuallis illa magna, capere visa sit hominum turbam, vt centum quadraginta millium numerum excedere, crediderint omnes, & admirati: Centum illos quadraginta quatuor millia signatos, Apocalip. 7. & 14. à Ioanne visos, quasi repræsentantem. Admirabiles omnium Peregrinorum, Societatum, aliorūmq; hominum ordines; qui multi, & frequentes, vario habitu induti, atq; ornati, totq; cum mysterijs aduentare numerabantur, vt ad festum vsq; B. Ma-

rabiles planctuum, suspiriorum, & lachrymarum riuuli, in tot Sacellis, sacrisq; locis, illo præsertim Virginis sanctuario, multo tempore visi, vt vox continuata cum lachrymis, non videretur tunc posse finiri. Admirabilis fuit indolis, rituum, & institutorum, sic repentina immutatio exaudita: Insuperabilium, atq; indomitorum plurium, effrenatæ cupiditates; in mitissimos, leuesque mores quoque conuersæ. Admirabilis fuit pax, tranquillitasq; magna; omnium penè gentium solatio, latè huc, & illuc euagata, vt inimicitias, grauesq; simultates, & intestinas, domesticasq; dissentiones, iurgia, & dissidia, longo iam tempore multorum in cordibus indormientia, omnino quieuisse sic audiuerimus; vt incredibili quadam commotione, quique permoti, & ardenter impulsi, certatim venatorum instar, inimicos, & hostes tamquam feras inquirere, atque inuestigare tentarent, alterq; alteri, pacis primus petendæ gloriam præripere, summa cum cura, & diligentia, omniq; benignitate studeret; ac nonnulla oppida, proximaq; castra, ciuilibus contentionibus, multis antea sæculis, ad hęc vsque tempora vigentibus inuoluta, veram tranquillitatem, atque quietem certatim quærere, pristináque reformare omnia, diuino sic afflante numine demum peramanter cupiuerint: Sic extinctas fore curarunt, nec vllas resedisse, in aliquorum animis simultatum reliquias, tanti Mysterij arcanum esse putarunt. Admirabilis fuit peccantium mortalium compunctio, scelerum, atque iniquitatum acerrima detestatio; qua quique ante Sacrum illud Pilarium, pallore languentes, atque concussi, commouebantur; vt palàm, & publicè, omniúmq; in conspectu, plerique eorum errata panderent; & varijs cum quærimonijs, sua percutientes quandoq; pectora, aperirent; ac etiam

circunstantium, & præsentium animos, ita terrerent, serumq; raperent; vt omnia miserabiliter eiulatu, gemitibusq; complentes, misericordiamq; petentes; alij omnes vno ore sequentes, misericordiam, misericordiam, magna cum acclamatione, luctuq; succlamarent: Magnum, & nouum herclè; immensi Dei arcanum. Admirabilia precum, confessionum, & pœnitentiæ argumenta magna, & signa magna, ibi tanta omnium admiratione conspecta: Famæ, honoris, rerum, & fortunarum; nullo iam impellente, sed sacræ solius Virginis tacita monitione hortante, facta restitutio. Admirabilis etiam fuit, vniuersa illa passim audita tranquillitas, vt nulla in vijs arma, nullæ in itineribus insidiæ, nulla vis, nullus metus, in tanto Mysterio exauditus; adeò vt omnia hoc tempore, tacitis velut inducijs, quieta, atq; pacata omnino conspicerentur. Admirabilis quoque fuit, non solùm Vallis illius, vbi Sacrum Mysterium emanatum; sed totius penè Montisregalis Prouintiæ mitis, modestaque admodum facta conditio, ante nimis fortè libera, cristasque erigens, atq; in aliquibus quasi insuperabilis (tua pace, tuaq; tandem gloria dictum sit Ciuitas). Admirabilis deinum, mi fili fuit, (vt alia multa huius Mysterij argumenta prætercam) magna, & miranda valdè æterni Dei prouidentia, toto illo tempore commonstrata; omnes aeris, Cœliq; iniurias, tanta benignitate pellentis; vt sereno semper Cœlo; fęlici, lęta, atq; iucunda aeris temperie, nos continuò vti voluerit; adeò vt nullos, vel perpaucos ex tot viatorum, & Peregrinorum numero, febre corripi, aut vllo morbi impedimento detineri, eo tempore permiserit; Sed incolumes, & sani, corporeq; valentes, magnalia Dei canentes, circunspicerentur vndequaque omnes: Vt multi etiam, qui aliàs gressus dinumerare mi-

nime

valoris scutorum 500. à filio Gubernatoris Mediolan: elargitum: Perpetuusque ille olei sumptus, ad lampadis vsum, ex voto piè pmissus. Mirabile fuit, tot miracula, tot gratias penè innumerabiles, passim in Patria tota, & extra, magna omniũ admiratione exaudire, quæ plenè tamẽ quanta cum diligentia, & studio quæsita, colligi nequaquam omnia potuerunt: Dum non in loco tantùm, & vasta Sacelli planitie, magno interuallo distenta, sed vbique etiam, tam in Patria, quàm extra eundo, & redeundo, hęc tanta miracula contigerunt: Rem verè nouam, & iterum nouam, prorsusq; admirabilem. Admirabile fuit, septingentos currus, calce, lateribus, cementis, lignis, postibus; ferro, aliaq; materia; & rebus similibus onustos, ibi vno momẽto fuisse, ad fabricę constructionem iuuãdã conspectos, & visos. Admirabilis, oĩum iudicio fuit tãtus, & tã frequẽs, tot in locis, tẽplis, & itineribus; ac præsertim illo B. Mariæ festo, non in Sacello tantùm; sed vniuersa quoq; planitie, aras illas cingẽte, Nobilium, Religiosorum etiam, mulierum, atq; virorum, promiscuè ad terram prolapsus; Aliorum etiam noua, & inaudita furoris rabie vexatorũ, incompræhensibilis insania; vt tanta hic, & illic cadentium turba, decem plus mille hominum numerum, toto Septembrio mense, excessisse putetur: Quod valdè, & valdè admirati, incredibili cùm stupore, fuere omnes. Admirabile quoque, mi fili, nec leue certè multis, & multis speculantibus visum, ex tam magna cadentium mulierum turba, seq; plerunq; in terra volutantium; ne vnam quidem visam, quid non videndum ostendisse; sed velut plombeis perpendiculis, circumcirca pendentibus, aut tamquam manu retentas, & ad talos vsque extensas, semper remãsisse vestes: Rem certè omnium dictu mirãdam. Hæc omnia, mi Alexander, dictu incredibilia, visuq; mi-

riculum conficiunt; vt veluti naues, nullum sui vestigium post terga relinquant. Reliquum itaq; erit, postquam paterno functa officio vox ipsa videtur; vt vobis eia relictis, ad alia se mea nunc vertat oratio; Interim mea chara proles, laudes vestras, aliaque multa, feruenti affectu, à vobis de me excitata, tamquam nulla mihi ratione debita, nec agnosco, nec admitto: sed omnino à me ipso aliena sperno, prorsusq; reijcio; & tamquam vestræ instructionis gratia, atq; Mysterij potius, quàm mei ornandi causa dicta, libenter suscepi; sic alijs, non mihi fuisse hac in parte blanditum, quisque cuncta dimensus, prudenti oculo, rectaq; mente decernet. Valete tandem, iterumque valete, & quæ vobis agenda pro tempore erunt, omni cura, & diligentia mei filij exequimini: atq; dum aliò, me festinè, tanti Mysterij numerosa gloria vocat; dumq; pauca adhuc cum superis, absentibusq; loquor, benignas vt ante, mihi præbete peroranti aures. Tempus iam
314 est Subalpina Gallia, Patriaq; dulcissima, vt te mea nunc quærat oratio; tempus est, vt vobiscum alloqui, vobiscum agere possim Ciues, atq; mortales: Magna sunt, quę tempore isto, nobis elargitus est Deus; quæ nobis monstrauit Maria; maxima quæ indicauit agenda: Tempus iam est, nos de somno surgere, scelera detestari; ignorantiæ tenebras pellere; & tanta monita, singulariaq; complecti munera: Hæc mystica illa Ioannis vox, in Deserto clamantis; parate viam Domino, rectas iam facite semitas eius, Isa. 40. Mat. 9. Ioan. 1. Clamor iste magnus; magna monita; magnæ, & resonantes omni ex parte voces. Iam septem, ò Patria mea, habuisse videmur Angelos, à Diuo Ioanne Apocalip. cap. 6. visos; nos è Cœlo asperrimè minantes, atque monentes: Tres iam è Cœlo prolapsos, bello, fame, peste, miserrimaq; Ceuæ inundatione,

ne, & signis præmonentes: Iam satis Cœlo, parteq; tertia Solis, Lunæ, atque Stellarum, tenebrisq; perturbata: Iam quartus ille adesse videtur Angelus, altiori, efficaciorique voce exclamans, nos impellens, & hortansvè, vè, vè, habitantibus in terra; præcauendum sententia, mea innuens, ne aliorum sequentium Angelorum maior eueniat metus; dolor, ingénsque calamitas: Quod à nobis, his commonstratis, auertat benignè Maria: Quę singulari illa Gabrielis Archangeli Salutatione, Aue, illa ter geminata vè, prorsus abstergere velle, mihi polliceri videtur. Quid expectamus miseri, quid moramur incauti, postquã maiores fortunæ minas euasimus, ac Diuinæ prouidẽtiæ lumen, lętè sic nobis affluxit: Magna hæc quidem sunt, Diuinæ charitatis, immensiq; amoris prænuncia: Quid dulcius, quid nobilius, quid posteritati charius, atq; admirabilius relinqui, hac tempestate potuit? Iam non est, quòd transmarinas illas, tanto cum periculo, regiones petamus; quòd longiora multis itineribus, Dei, Mariæ, Diuorumq; sanctuaria quæramus: Hæc in Patria, hæc domi, hæc ante oculos, nobis reliquit Maria: Contendamus omnes, ne in tanto nunc euulgato Mysterio stulti, tardiq; corde ad credendum ea, quæ oculis cernimus, mente intuemur, palpamus manibus; & negare magna cum admiratione nequimus, habeamur, & iudicemur: Iam nunc cum Isaia Proph. cap. 1. exclamare possumus, Audite Cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Non est nunc fratres, quod post tot, & tanta visa, inspecta, atq; audita, probabili excusatione iuuemur; Incusanda in posterum erit, & omni ex parte nunc redarguenda, tanta, ac detestanda prorsus negligentia nostra; si monita tanta, ea qua decet religione, humilitate, pietate, ac veneratione ad tanta, quæ voca-

mur

nimè potuissent, vel pedibus sine langore mille conficere passus, eo tempore intrepidè, forti, constantiq; animo longa, & longa dierum itinera, suis innixi, ductiq; baculis agerent, mirabiliterq; molestias superarent: Vt in tanta etiam gentium frequentia, quæ Ciuitates, oppida, atq; Castella implere est perpetuò visa, nil quod ad esum, potum, aliaq; hominum commoda necessarium esset, desiderari iam posse videretur: Imò (quod mirabile dictu
312 est) aliquibus in locis creuisse comeatus, multplicatā panis, & vini grām retulerint aliqui; Qua rōne primùm Iesū quinq; panibus, & piscibus duobus, tantam saturam dimisisse turbam, Sacra testatur historia. Mat. 15. Marc. 8. Sic aduersam omnem fortunam, fortuitosque casus, ab omnibus propulsauit; Sic diuinorum bonorum illos esse participes, Virgo Maria curauit. Quare tandem Dilectissimi filij, postquam demandatam mihi, tacito Virginis nutu, hac in parte prouinciam, sum libentissimè complexus; cùm forensium, domesticorumq; negociorum, quibus continuò supra vires premor inuida cura, multæque aliæ tædiosæ animi perturbationes; æmulorum angores, atque molestiæ, me non patiantur esse hoc tempore longiorem, tantámque detraxerint, instituto labori quietem, iam dicendi finem facturus, anchoras dare coactus, antequam è scena vos ista dimittam, postquam mecum ludentes, & colloquentes manu, velut appræhensos, per gloriosam ipsam palæstram, B. Virgine duce, summa alacritate vagando, perduxi; factíque estis, nouarum rerum, singularium disputationum, gratæ vobis, & peregrinæ materiæ, tantíque Mysterij, & Cœlestium arcanorum speculatores: Date operam filij, contendite nati, vt diligentissimorum messorum simillimi, in amplissimo, feracissimóque isto campo metentes, dulces, & lætas

refe-

Sanctitatis domicilium; tanto concursu, tanta frequen-
tia; tot inuisentium aduentu celeberrimum. Quid inquã
de te, de summis tuis laudibus hoc loco dicã? Adest (mi-
hi crede) ingens animus, desunt tamen, quas optarem
vires, ad magna præconia tua, ex fama tanta, rerum san
ctæ, pieq; gestarum enata illustranda, ac prædicanda.
Agnosce Dei dona; agnosce cœlestia munera; Tantas
istas diuinitatis diuitias, & incomparabilem Thesaurum;
immensa bona, tibi hoc tempore elargita: Agnosce fœli-
citatem, famam, & gloriam tuam: Diuina hæc Mysteria,
tam faustis Patriæ auspicijs edita, & promulgata, ne
spernas; sed toto posse conserues, foueas, ac tuearis. En
318 Antistitem habes, & Ciuem Io. Antonium Castrucium,
Religiosissimum, omni eruditione, atq; doctrina; om-
niq; laude cumulatum: Cuius fęlici tempore hæc euenere
(vt etiam amplissimus Cardinalis ille Castrucius, Lucani
Mysterij fautor, atq; Męcenas fuisse legitur) & cuius, tuo-
rumq; Ciuiũ, continuo se motu diu, noctuq; in tanto my-
nisterio exercentium, vigilijs, laboribus, sumptu, & per-
petua, vigiliq; cura fuerunt tanta Dei Mysteria, Beatæ-
que Virginis miracula adiuta, & concelebrata: Cuius stu-
dijs, & maxima diligentia, Pilarium reparatum; antiqua
iam, & collapsa renouata, & in nouam, atq; amplissimã
formam instaurata, & aucta: Cuius gratia, pronaq; vo-
luntate, aduenarum, & Peregrinorum multorum frequen
tia, tanto ordine numerosa, benignè etiã collecta, sum-
misq; humanitatis, & beneuolentiæ argumentis, ita com
plexa quoque tpe fuit; vt nil, quod ad tanti Mysterij
regimen, & curam desiderari potuerit, ab eo vlla in parte
fuerit prætermissum: Qui semper aliquid, quod ad tan-
tæ rei magnitudinem, amplitudinemq; pertineret, moliri
incessanter quæsiuit: Qui gratias tantas, & miracula tan
ta, quæ B. Maria mortalibus est elargita huc & illuc mi-

ra sagacitate venando, diligentissimè perquisita; & vt tanti Præsulis munus erat, non sine delectu colligi, atq; describi, omni arte curauit: Cuius demum auxilio, & ope, tanta gloria, tanta arcana, & opera Dei celebrata, ac illustrata fuerunt. Tuam verò magnam sagacitatem, quotidianos, indefessósq; labores, tanto affectu demonstratos; inauditam curam; vigilias; solertiam; lynceámq; verè diligentiam, semper, passímque declaratam; maximos sumptus, & ingentes impensas; tuam benignitatem; nouam beneuolentiam: Domicilia tua, rebus omnibus, aduenarum commodis ornata, atque referta: Tua studia, tua singularia, perpetuáq; humanitatis officia, quibus Peregrinos, & viatores omnes ad te venientes, passim collectos, mira alacritate complecti, non desiisti: Dum quotquot adesse potuerunt, omnes liberalitate tua, atq; hospitio dignos existimasti, norunt iam; & prædicarunt omni parte mortales. Lętare itaque Regalis Ciuitas, Lętare Hyerusalem, tanto splendore, tanta gloria hoc tempore aucta; vt non modò mortales, & celeberrimi Italiæ Proceres, proximarúmq; Prouinciarum Antistites, atq;
319 isto nouissimè Nouembrio mense Cardinalis ille Austriacus, tanto Hispanorum, Patriæq; nobilium comitatu, magnificentissimè stipatus; qui tanta potestate, atque imperio, à Philippo Rege, in Belgas, & Flandriam missus, Ducesq; nostros tanto apparatu, tantoq; splendore, & maiestate exceptus, inuisit: Tuos agros, tua tecta, tua domicilia, tuasq; ædes, quoq; uisitauerint; sed ipsa etiam Dei Mater, & Virgo, suum apud te collocare sanctuarium, & gratiarum domicilium voluerit. Magnum certè, rarum, & memorabile donum; annalium tuorum monumentis, marmoreis, & æneis simulachris, posteris ipsis, in æuum consecrandum. Maiora mihi

crede

mur bona complexi toto animo, totis viribus non fuerimus: Quis tam duro, ferreoq; animo esse possit, vt tot, tantisq; monitis, argumentis, & signis non commo-
314 ueatur? Efficite demum, vt ad nostram omnium salutem tot exempla, & signa, nobis sint, Deo iuuante profutura: Iam eadem vobis, imò maior voluntas, maior animus, maior cohortatio, & virtus; atq; maiora officia, & vincula esse debent, quàm maioribus nostris, qui talia minimè norunt, auisq; fuerunt: Nos antecurrit Christus, humani generis redemptor; tot subsecuta Martyrum, Sanctorum, Diuorumq; numerosæ phalanges; nos tanto exemplo cohortantes: Nos impellit, nos monet; nos tantis, quæ audiuistis, expectans vrget Maria; eadem modo rogat pro nobis Mater, idem modo regnat Deus, qui primis illis Christianæ religionis tyronibus, cum varia subirent tormentorum genera, præsto fuit: Eamus, & pugnemus, arcemq; Cæli petamus cum Christo, & San-
315 ctis omnes: Magnum hoc est illud hæreditatis Mysteriũ, in Dialogi limine indicatum; hæc hæreditas Dei; æternorumque bonorum possessio, nobis cęlitus iam ante promissa, ad quam nos pridem Christus Iesus, mira caritate allexit, & cuius esse voluit sibi cohæredes, verosq; possessores, Paulo Apost. teste ad Rom. c. 8. Cùm omnes in testamento illo vocati, ea conditione, legeq; fuerimus, si tradita nobis præcepta, mandataq;, proprio eius firmata exemplo, ad tantam gloriam assequendam, impleuerimus: quorum quidem omnium viam, legem, æterniq; patris mentem, tantis signis, tot argumentis, totque præceptis, ipsa vera patrona, peritissima, tuta, fidáque apud Cœlestes illos Iudices Aduocata, nobis dignè, pièque consulens, hoc Mysterio commonstrauit Maria; vt tamquam solemni in testamento vocati, testatoris legem impentes

dignos. Septem velut præstantes corpore nymphas, & clarissima vti speramus futura tuæ familiæ, mundiq; lumina: Tu ætate, septenario numero proximus, septenarium nactus antiquissimæ tuæ familiæ Principum, Sabaudiæque Ducum ordinem; Magnum quid istud, sicut quoque Christi Iesu generationẽ; septenario numero à Mat. notatam cap. 1. legimus. Decimoquarto quoq; tui fœlicis Ducatus, anno; ac septimo post cępta, gloriosęq; confecta, tua dexteritate, atq; virtute bella; hæc cęlitus tanta contigere, futuræ tuæ magnitudinis, & ingentis glorię prænuncia. Et vt multis, quæ occurrunt omissis, in tanti iam Mysterij latentia argumenta prorumpam, Memorabile istud B. Mariæ arcanum, & Mysterium magnum, Cęlestis ille Ioannes nobis, in visione, & spiritu raptus indicasse, de teq; omnia cap. 1. Apocalip. visa prænunciasse in nube videtur. Candelabra septem aurea, ecclesias septem, Ioanne interprete, denotantia; Septem quoque tuæ Pedemontanæ Regionis, in qua radius tantus eluxit, maiores, & cathedrales Ecclesias, & Ciuitates, earumq; Præsules, velut fulgentissima sidera, in Patria corruscantia indicant: Septem illæ Stellæ, ad humanæ figuræ dextram stantes, septimo tuarum rerum fęliciter gestarum anno, velut altiora, austro flante petentes, Cœlestia, quæ euenerunt; tamquam laborum contra Christiani nominis hostes, susceptorum, præmia expectanda fuisse commonstrant: Septem etiam tuos natos, velut terrestres etiam Angelos, ad maiora, supernaq; vocatos; te velut ala in altum efferente, te duce, te auspice, teq; indice, ad longè celsiora duci, probabili mihi coniectura prænunciant. Splendida verò, candidaq; facies augustam, & claram tui nominis maiestatem, iam omnes oras implentem; tot in periculis, tot discriminibus, cęlesti

sti

sti numine præseruatam, tamquam raram Phenicem, in terras emissam; Aurea zona, puram pectoris mentem; gladiusq; ille vtraq; parte acutus, ore prosiliens, maximam tuam in hostes, & Christiani nominis insectatores, fortitudinem, atq; magnanimitatem, tuo ore spirantem, citra, & vltra montes; in fidei, & tuæ gloriæ hostes apertè declaratam, mihi quoque referre videtur. Agnosce ergo quod tuum est Princeps; Tua præcipua cùm sint ista, quæ audiuisti dona, tua munera, tuæ gratiæ: Tibiq; præcipuè à Superis monitiones emissas, & exempla putato: Tui sunt populi; tuæ gentes; tua, quæ possident omnia; Illa tamen tibi, eisq; fore perennia tua virtute, tua prudentia, tuaq; vti. expectant dexteritate tueri memento: Nunc pacem, nunc lætam fessis tranquillitatem, atq; fęlicitatem, se omnes adeptos, hoc tanto omine, tuaq; charitate facillimè arbitrantur. Oblata est tibi hoc tempore occasio magna, diuinitus emissa, quæ te magis incendere, inflammareq; deberet. Non est quòd pluribus, rem istã comprobare contendam. Tu omnia nosti, te omnes ad hæc animatum, paratumq; fuisse, & esse confidunt. Non est, quòd tuam tantam fortunam, cuius verè faber tu ipse esse videris: Maximã tuã fęlicitatem, paucis secundam; Summam in terris gloriam, quocunq; te comitantem, pluribus efferre studeam; Cùm à Deo ipso, incompatibili iam duorum arcanorum testimonio, hæc omnia firmissimè consolidata noscantur: Quare cùm à Superis, fuerit suscepta tui nominis, tuæq; famæ tutella, cęlestia pertractare, iam temerè nimis auderem. Habes nunc Carole Eman. memorabilia duo, atq; celeberrima totius orbis Mysteria, cęlitus tibi magna fęlicitate demissa: Rara certè diuinitatis, & Sanctitatis exemplaria. Christi Iesu Sanctissimas exuuias, Syndonemq; pretiosissimam, Deum ipsum, triũ

dierum

credè proximo anno, ex Italia, vniuersisq; Hispanijs, & aliarum Prouinciarum oris, quæ se se magno motu, concursuq; parant, es quoque visura, gentium agmina: Magnum est itaq; nomen, magna dignitas, celsaq; tanti Sacelli maiestas; quàm nulla edax obruet vetustas; quam nulla vnquam, & si inuida delebit obliuio. Si liceret mihi, ò Beata Ciuitas, cum Ioanne Christi Discipulo, Cęlorum ætera transcendere, altaq; scandere; videre liceret arcana multa, & cęlestia magna tibi referre, mihi hoc in Mysterio animo obuersantia: Cum diuino enim illo Vate Apocalip. cap. 21. dicerem, & è celso monte referrem, digitoq; commonstrarem, Sponsam illam agni, hoc est Ecclesiam Dei, & Ciuitatem illam Sanctam, vidisse, Hyerosolimam, è Cœlo in terras descendentem, & apud te collocatam: Quæ verè nunc tantis gratijs, cęlestibus donis, miraculis, atq; Mysterijs descendisse in partibus tuis, mirabiliter videtur; cum fundamentis, muris, & portis, illam omni parte repræsentantem: Benè ideo potes cum Isaia Proph. cap. 12. dicere, apteq; referre: Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus, in medio tui Sanctus Israel: Et cum Iacob Genes. cap. 28. verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam; Quàm terribilis est locus iste, non est hîc aliud, nisi domus Dei, & porta Cœli. Quare cùm isto cęlesti sis munere aucta, non est quod inania quæram, nec maiori verborum ornatu, terrenis Cęlestia
320 collustrare possim, & valeam. Te nunc expectat Carole Emmanuel, ad finem properans oratio mea; Te vnum tandem ambit, quærit, atq; desiderat, Inclite Princeps, huius mei Theatri exitus: Tua enim præcipua, lucubrationum, & vigiliarum tantarum pars: Tibi iste fructus, tibi labores, tibi dona, tibi encomia quoque debentur: Tibi namq; soli, & vni Virgo gloriosa, tibi superi, tibi to-

ta

dierum ſpatio complexam; tanto apud te,tuoſq; maiores honore, atq; veneratione aſſeruatam : Habes & nunc nouam Hyeruſalem; Florentem Sanctitate Romã; cęleſtem Ciuitatem, è Cœlo delapſam; Virginis Sanctuarium; Miraculorum, gratiarum, totq; mirabilium rerum arcam; Antarticum polum verſus, mirabiliter, in Vallis centro defixam, tamquam ſtatu firmiore hærentem, perpetuoque bonis auibus manſuram; vbi Mariam non dubitamus, tanta charitate, atque ſplendore fuiſſe, & eſſe præſentèm. Quam nouiſsimè, grauiſſimis tuis curis, & tanti ponderis negotijs ſuperatis, tãta alacritate, tanta pietate, tãtaq; celeritate inuiſiſti: Magnificentiſſima illa, & regia offerens munera; tuo tanto nomine,atq; liberalitate quidem propria: Verè digna,& memorabilis, toto tuo tẽpore ſalutatio.Quas lachrymas,ante Pilariũ fuderis,quas preces,quaſq; gratias Virgini Sãctiſſimæ egeris,quæ vota ibi ſolueris,Fortunatiſſime Princeps,Superũ ſit,arcana tanta nouiſſe.Lętandum tibi eſt igitur, & iure lętandum, cùm fęlicitatem iſtam tuam magnam, & gloriam inſuperabilem,Principum nemini ſecundam,tibi à multis inuiſã, cum Dijs ipſis nunc videaris habere coniunctam: Magna itaq; iſta, te tantopere extollunt, vt ad tantam gloriam, ſummumq; decus,addi nil iam poſſe, Dux fẽliciſsime,videatur. Fruere nunc, diuq; fruere, cum Vxore, Natis, lætaq; poſteritate, tua hac ampliſſima, & maxima proſperitate, cęlitus iam ante promiſſa; Rebuſq; iſtis tuis, omni parte ſecundis: Tantorum bonorum denique memor, mutatis temporum vicibus, tranquillitate, atque quiete populis, quam tanto omine auent,nunc præparata; tuorum etiam,Princeps memor eſſe memento. Non poſſum
321 autem,poſt varia iſta, tuo tempore corruſcantia, niſi de te magnopere admirari; Cœlum ſuſpicere, celeberrimumq; tuum nomen, ac famam, iam terras vndequaq;

Y implen-

implentem, venerari, Clemens octaue Pontifex verè, summè, & maximè; qui omnium penè gentium iuditio, atq; consensu Optimus verè, terq; Optimus, & Maximus, integerrimus, raraq; probitate, atq; prudentia, ita refulges; vt latenti aliquo Mysterio, te sedente, te Petri Cathedram, celsissimumq; solium, tanta maiestate exornante; & triumphantem Romam, vniuersamq; Christi Ecclesiam, tuæ potestati commissam, tuoq; nutu pendentem, gubernante, atq; agente; hæc tanta mortalibus cunctis emanasse, de Cœloq; prodijsse conspiciamus. Quæ quidem omnia, cùm fuerint superno Dei iudicio, tanto auspitio, in terris, te Iouis imperium, mundiq; sphæram, pro Christo regente, præmonstrata; maius certè aliud, atq; sublimius in Cęlis, de te polliceri mihi, Beatissime Pater, hæc tanta videntur: Te nunc duce, te auspice, summam rerum curam agente: Hãc Petri nauem, tot iam fluctibus impulsam, tot dissentionum, bellorũq; tempestatibus actam: Ad quam gubernandam fuisti, illa æterni luminis aura spirante, vniuerso vno ore approbante, Purpuratorum Patrum cętu vocatus: Scopulis omnibus euitatis, tutissimum portum ingredi, tuoq; fęlici sidere elucente, tuo lumine solari, pristina libertate, vti expectãt, potiri, læta in tranquillitate quiescere, præsagiunt, auent, intrepideq; augurantur tibi, plena voce mortales. Illas autem Sanctissimas B. Virginis Aras, vniuersosque Montisregalis Ciues, tuæ paginæ, tuiq; fauoris splendorę fuisse inuisos, atq; à Iulio Cæsare Ricardo, Barensi Archiepiscopo, Sedis Apostolicæ Nuntio; tuasque vices in partibus istis, apud Principes nostros agente, pluribus; & præsentibus officijs, humanissimè honestatos etiam fuisse, & auctos; gestiunt summoperè, valdeq; & iure illi lętantur; & quæ tę mandante, ab eo explicata fuere, ser-

322 uare, & custodire tenacissimè curarunt. Iam verò tempus nunc propè est, Sanctissima Mater, quo portu, relicto, tui magni Mysterij Theatro obserato, omnibusq; à Scena, tantóq; Spectaculo dimissis, tecum alloqui; te intueri, pia mente possim, Virgo Maria: Si fas mihi nunc esset, Regni Cęlorum arcem petere, portásq; ingredi: Cùm Angelorum, Potestatuum, atque Dominationum, summo tecum gaudio exultantium choris, colloqui; & quò me tanta tua gloria rapit, animo, mentéq; vagari: Videre viderer, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt: Videre viderer, & dicere possem; ac indicare tanta, animo mihi iam obuersantia; quæ vix certè quirem, vlla dicendi ratione complecti: Cernere iam mente videor, summum illum Diuinitatis Thronum, te gloriosè inspectantem; te intuentem; Tantam Diuini huius fęderis cum mortalibus, te postulante, te intercedente, coniunctionem obstringentem, atq; firmantem: Vt vocem illam dulcissimam Ierem. Proph. c. 32. tua benignitate promeriti, iam fuisse videamur: Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, & dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus, & benè sit eis: Et filijs eorum post eos: Et feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere; & timorem meū dabo in corde eorum, vt non recedant à me, & lętabor super eis, cùm benè eis fecero: Quia hæc dicit Dominus: Sicut adduxi super populum istum, omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum, quod ego loquor ad eos. Tanta insuper tibi promittentem, atq; spondentem, vt nil tibi deesse in tanto gratiarum Campo, iam inclita Virgo videatur: Videre viderer in cęlesti illa fęlicitatis Patria, magnas Sanctorum, Beatorum, & Virginum hierarchias, atq; cohortes, miro or-

dine distentas; tantam tuam magnitudinem, petitorum præmia, celsosq; triumphos, tibi paratos gratulantes, tibi omni parte exultantes, offerentes, & gloriam quouis præconiorum genere laudantes, & extollentes tuam. Audire viderer vniuersum Diuorum Senatum, cum Regio Propheta Psal. 39. canentem, & pleno ore vaticinantem, Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi: Si liceret rursus, ad supremum illud cęleste Tribunal, causam tantam deferre, & arcanorũ, huiusq; Mysterij, Maria, perquirere causas; ac te postulante nostram, qua summopere egemus, defensionem petere; cõmonstraremus apertè, Christianæ Reipub. casus; Quæ iam diu tot molestiis, turbulentissimisq; tempestatibus concussa, afflicta, atq; vexata, tandem aliquando, à diuturnis calamitatibus recreata, & in antiquam tranquillitatem, concordiam, libertatemq; respirare, tuo tanto omine, tantis nunc emissis prænuncijs, vehementer expectat: Non dubitamus, quin caritati, amori, singulariq; tuæ benignitati, & precibus hæc deberi omnia, cœlestes illi Iudices, mortaliumq; causarum patroni, vno ore responderent: Affirmarent tibi tribuenda, tibi referenda cuncta, tuis laudibus, tuaq; fama, & nomine personarent vndiq; omnia: Quia fecit tibi hæc omnia magna, qui potens est, & Sanctum nomen eius. Regnum Cœlorum vim patitur Virgo, & violenti rapiunt illud, monente Mat. cap. 11. At nos omnes, non gladijs, non hastis, non diris tormentorum bombis; Sed ea, qua possumus humilitate, pietate, ac deiectione, Rompetarum baculis, Paradisi illius portas, & arcem cum Isaiá cap. 26, tuo auxilio, tuo præsidio, tua benignitate confisi, tantùm, petimus omnes: Postquam ergo, tot argumentis, & signis, tot monitis; Tot tympanorum sonitu;

nitu; Tubarum, bucinarumq; clangoribus, nos omnes ad prælium incitasti Maria, commouisti,& animasti omnes: Iam tantæ pugnæ accingimur: Iam capimus arma; Iam tela paramus, cohortes disponimus; Iam itineri adiungimur; Non bellicis illis, æneisq; tormentis; non clipeis,& gladijs, loricis, & hastis; Sed scipionibus, Peregrinorum baculis; Rosarijs; Talaribus vestibus, ex lino, telaq; cōfectis, numerosas nostras instruimus acies: Tuā locatam in terris, & patrio solo Ciuitatem, tuas ædes, tuasq; Sanctissimas aras petimus: Iamq; cum Paulo Ap. ad Hebr.2.cap.11.tamquam Peregrini, & hospites super terram errantes, Cœlestem Patriam, vti testamur, inquirimus; & credimus cum eo apertè, accedentes ad Deum, & te, remunerationem magnam, nos esse consecuturos. Tuum auxilium, tuum præsidium, tuum ductum, sic inflammati, & accensi eia B.Virgo postulamus: Ne nos in pugna relinquas, ne nos in conflictu deseras, receptuiq; canas Maria: Sed postquam religionis plurimum, in omnium mentibus excitasti, quæ promisisti præsta, victoriæ dona, Hostium spolia; Te deserentium, atq; fugientium exuuias; cęlestium bonorum palmam, & tantæ indicatæ victoriæ triumphos, vti speramus, in cęlesti Patria amplissimos. Tamquam cū Iacob colluctatus fi Gen.32. Angelum, teq; vnam strictissimè complexi; precibus, & lachrymis iam tantis, velut comprehensam; aurora etiam veniente, teq; à nobis fortè migrare tentante, non deseremus; nisi saltem nobis etiam benedicas, faciasq; gratiarum istarum, aliquo modo participes; Virgo Maria: Tu mater Dei es: Tu Ianua Cœli: Tu tanti currus auriga, cęlestisq; Regni Gubernatoribus carissima, & supra omnes dilecta: Vtere iam benignitate tua, tua pietate immensa, & maxima; vt tanta concepta spe, de summa

tua, filijq; clementia frustrari nos nulla in parte patiaris: Sed quid moror Maria? Quas nunc tibi gratias? Quas pro à me supra congestis, dignas referemus preces? Cùm nos tanta nunc munificentia, & maiestate visitaueris, & procuraueris salutem, & redemptionem plebis tuæ: Quia tuarũ iam laudũ preconia timens, auerti; Nec humana cęlestia, demissa sublimia illa, satis laudare cõmodè possunt: Cùm quem cęli capere non poterant, tuo gremio contuleris; In terras modo delapsus, cęlestia linquam: Supereritq; mihi te rogare Mater, vt quam suscepisti Principum, Patriæ, tuorumq; Populorum, apud cęlestis Patriæ Iudices tutellam, ea qua consueuisti comendatione amplectaris, atq; conserues: Tibi patrium solum, velut alteram repromissionis Patriam, pristina illa quiete, dulciq; libertate, tuo auxilio, & cura frui tantopere desiderantem: Tibi Vrbes, Vicos, & Oppida: Tibi omnium ędes, & tecta: Tibi Religiosorum, Virginumq; cętus: Tibi templa, & aras: Tibi demum, Maria Virgo, meorum studiorum, vitæq; curriculi dux, & aduocata, domum meam totam, multis vulneribus impetitam: Me ipsum, varijs maculis infectum, tui tamen amplissimi nominis studiosissimum; Vxorem; Filios istos duos, de summis tuis præconijs, & laudibus, ac de venerando hoc, admirabiliq; Mysterio, mecum hactenus collocutos; aliosq; quatuor natu minores, diuina mihi benignitate superstites, velut tenellas oliuarum nouellas, mihi perpetuò assistẽtes, tibiq; benedicẽtes: Tuo fauore, tuo præsidio, tua benignitate cõplectere: Omina mala, diuinasq; iras à nobis auerte, & precare cęlestis Regni possessores. Quòd si fortè aliqua, in tanta nauigatione expiscata, q̃ nõ imperito hoc leuiq; Dialogo cursim, celeriterq; congesto; sed multis annalibus maximis voluminib. atq; integris codicibus verè

fuissent

fuissent illustranda: Tuo nomine, tua maiestate, tuaque gloria minimè digna compereris; id miserę, fluctibus tantis agitatæ nauiculæ, quæ tua, nisi aura spirante, fortè mersisset; Tantisq; forensium negociorum illecebris, cōdonanda: Maiorum, Ecclesiæq; iudicio, atque censura omnia corrigenda relinquam: Si quid verò boni, hoc in Theatro emissum extiterit, te id dictante scripsisse. B. Virgo fatebor. Emitte itaq; Deus in nobis spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciē istā terræ: Vt dum nos puros, & mundos in Cęlis expectas, Spiritu tandem, monitis his renouati, ad te migrare, Pater æterne possimus.

*Finis Maria Duce.*

## IOAN. FRANCISCI ROFREDI, Auctoris filij, ad Alexandrum fratrem carmen.

*PRæmia, quæ patri; simile aut quod munus amoris;*
*Ac ob sudores, quid referemus ei?*
*Ipse pio, nobisq́; magis vigilauit; in altas,*
*Vt superum possis, ritè volare plagas.*
*Sudores hos ergo patris reminiscere semper;*
*Pectore confixos; nec patiare flui.*
*Nomen erit nostrum, quod edax abolere vetustas*
*Non poterit, fama, crede, perenne patris.*

## Ad Lectorem.

*QVisquis in æthereo spectas miracula mundo,*
*Et vaga sideribus, sidera iuncta notas:*
*Siue iuuat medio radiantes æquore conchas*
*Quærere, quodq́; oculos ambiat Arge tuos:*
*Ceu Berecynthiaci secreta recludere centri;*
*Quas mirator opes Crœsus auarus habet;*
*Ceu quem Dedalei capiunt inuenta volatus,*
*Atq; Siracusij pondera cęca patris.*
*Huc ades, & cœlo maius, maiusq́; lapillis;*
*Maius Callaico, quàm quod in orbe nitet.*
*Quod non Dædaleæ possint effingere ceræ;*
*Quod non æthereis, æmula vitra rotis.*
*Perlege votiuæ pendentia signa tabellæ,*
*Quæ liber hic populis, prodigiosa canit.*
*Mira leges; sicq́; augurij licet edere carmen,*
*Dum miranda leges, prodigiosa feres.*

177

# INDEX RERVM NOTABILIUM, in Dialogo contentorum.



✝ Deus

P



My-

Signa:

Vita Nova
di M. Sillitti
Latina-(B. Piave)
. 1970